

983.

1. 00 Rom



HERMANNI DIETERICI
MEIBOMII
ORATIO
DE
GENUINIS
HISTORIÆ GER-
MANICÆ FONTIBUS,

D. 8. April. A. MDCCI.

Cum

Professionem Historiarum

in

ACADEMIA JULIA

auspicaretur,

in JULEO habita.



HELMESTADII, AN. MDCCI.

HERMANNI DIETTERICI
MEIBOMII

ORATIO

DE

GENIUM

HISTORIAE GER-

MANICAE FONTIBUS


ANNO MDCCLXXII

Professionem Historiam

ACADEMIAE JULIAE

in IULIAE





Magnifice Domine Pro-Rector,

Spectabiles omnium Ordinum Decani,

Maxime Reverendi, Nobilissimi, Consultissimi,

Experientissimi, Clarissimi Domini Pro-
fessores, Collega Honoratissimi,

Plurimum Reverendi Domini Ecclesiastæ,

Hospites Honorandi;

Tuque lectissimorum Juvenum, in Reip. spem

Et seculi decus efflorescentium, nobilissima
Concio.

Sub auspicia *Historiarum Professionis* in splendi-
do hoc ingentique Auditorio verba facturus,
varie me affectum fateor, *Auditores*, animique
incertum esse; illud quidem non sine intimiori
lætitiæ sensu, gratissimaq; mente meminisse possum, singu-
lari

* (4) *

lari divinæ providentiæ destinatione evenisse, ut illi Academia primos studiorum meorum & industriæ fructus consecrare debeam, quæ ab ipsis incunabulis *Proavum, Avum, Parentem*, bonæ menti ac omnigenæ eruditionis cultui posteritatiq; vacantes, benignissimo complexa sinu fovit: Neq; minorem animo percipio voluptatem, quod iis studiis docendis admotus sum, quibus me ab incunte ætate singulari quodam naturæ impetu, & hæreditaria ambitione devovi. At vero ingens est disciplina, quam profitendam suscepi, dignitas, immensa amplitudo, quæ non unius ævi, aut unius populi, sed omnium ætatum, omnium gentium res ad memoriam posteritatis illustres vastissimo ambitu complexa, non aliis quam ipsum hoc universum finibus circumscribatur: Illud quoq; facile intelligo, sustinenda mihi esse nomina & famam Majorum, quorum aliqua doctioris Orbis iudicio in his quoque studiis celebrata diligentia & gloria est, quam si non assequi, æmulari certe, & quantum per ingenii tenuitatem licebit, salvam tueri mihi annitendum provideo. Cui igitur vestrum mirari subeat, *Auditores*, si, quando in amplissimo hoc clarissimorum Virorum consensu, in ore atque oculis frequentissimi Juvenum studia æmulantium cætus, mihi dicendi necessitas incumbit, si, inquam, animus tenuitatis suæ sibi conscius, tanta sollicitudine ac trepidatione se perfunctus sentiat ac dejici, quanta voluptate antea cæperat effèri? Verum novistis, nulla vel ingenii fiducia vel eloquii, quod utrumque sentio ac lubens profiteor quam in me sit exiguum, in hanc lucem & conspectum vestrum me prodiiße, sed SERENISSIMÆ ac POTENTISSIMÆ DOMUS BRUNSVICO-LUNEBURGICÆ auctoritate & jussu clemensissimo publici hujus, quod mihi delatum est, muneri, facere auspiciam: accedit ipsa vetus Academiæ

con-

* (5) *

consuetudo; vestrumque *Patres Academici* decretum, quo fretus cathedram hanc conscendere, meamque in dicendo infantiam & existimationis qualiscunque fortunam periclitari non amplius dubitavi. Non expectabitis autem à me hac vice, *Auditores*, ut in laudes disciplinæ ejus, quam profiteri jussus sum, ingrediar, præstitum hoc est abunde decoris ingenii, nec apud Vos, quos novi quam magnifice de illa sentiat, multum ea de re mihi laborandum existimo. Illud majus operæ pretium fore arbitror, neque à muneris mei ratione alienum, si longum illud iter atque difficile, quo ad solidam historiarum cognitionem contenditur, ingredi cupientibus peritos commonstrem duces, quos secuti rectum illud tenere, ac devia & periculi plena evitare possitis; non autem ad aliarum gentium res in præsens me diffundam, sed intra solius Germaniæ, quæ patria nobis, primam & potissimam curam ac industriam nostram jure sibi vindicat, historiam me continebo, ac, quantum quidem angusti, quod mihi præfinitum est, temporis spatium permittet, *genuinos* vobis illius *fontes*, ac *præcipuos* ostendam *scriptores*, unde ab antiquissima memoria ad præsens ævum universam eam hauriendam ac deducendam existimem. Dabitur autem veniam, *Auditores omnium Ordinum Optimi, Honoratissimi* que si in tam amplo ac diffuso orationis meæ argumento brevitati ubique intentus, non eo rerum ordine & accurate, quam illius dignitas postulare videbatur, singula persecutus fuero; cum enim ingenii & eloquentiæ laude me studia vestra ac benevolam attentionem conciliare mihi posse desperem, operam dabo, ut quod à se sperare non audeat, a brevitate id sua, vestraque humanitate acquirat Oratio.

HISTORIÆ Germanicæ seriem, quousque memoriam Gentis recordari licet ultimam, ad hæc nostra tempora animo repetens. non pari ubique scriptorum industria eandem in luce positam deprehendo, adeoque per certam quædam & illustria ætatum intervalla hic incedendum mihi esse prospicio.

Primam sane illam & antiquissimam Germanicarum rerum notitiam usque ad Julii Cæsaris ætatem vel fabulis involutam, vel quod magno ex intervallo loci vix cernantur, obscuram admodum & tenebris fere immerfam esse negari nequit, eum nec domestica Gentis documenta (a) certa supersint. deficiente apud illam literarum luce, una custodia fideli memoriæ rerum gestarum: nec per externos scriptores Græcos Latinosque, in vetustioribus illis, exteræ Gentis rebus penuriam istam fatis supplere liceat. Quamvis enim Græcis de Celtis & Celto-Scythiis quædam memorata legantur, nimis tamen illa tenuia sunt & confusa, ac exilem valde iis Germaniæ notitiam fuisse, fatis superque produnt. Apud Romanos autem de Germanicis Gentibus, priusquam per illarum in Orbem Romanum irruptiones suis damnis eas cognoverunt, nihil quicquam memoriæ proditum reperitur, nec antiquior apud illos nisi de bello Cimbrico cum Romanis gesto memoria extat. Ab eo autem tempore magis magisque patria nostra innotescere cœpit Romanis, quamvis haud totam

(a) de carminibus, quæ antiquissimum apud præcos Germanos Annalium genus erant, vid. B. Parens in Programm. de X. Hist. Germ. periodis a. 1697. edito, in quarum prioribus latius disserit, qualem de vetustissimis Germaniæ rebus Græci Latiniq; notitiam habuerint, & quomodo hi sensim sensimque ampliorem acceperint. add. Conr. in epist. Taciti Germaniæ præmissa, p. 36. & seqq. Job. Phil. Vorburg. Hist. Romano-Germ. t. 1. p. 1. ff.

* (7) *

tōtam iis cognitam fuisse, nec ipsi eorum scriptores diffiteantur, habuitque in eo felicius, quæ cis Rhenum fuit, Germania fatum, cum veterem inter utramque gentem terminum Rhenum infidentibus fere Romanis, illam, quæ ultra limitem hunc longius posita in septentrionem declinat, non æq; cognitam habuerint. Solis itaque scriptoribus Romanis debemus, quicquid vetustiorum rerum nostrarum notitiæ, ad nos pervenit, nec illas solum qua Romanis connexas, licet plenius multo, & egregie prudenterque narratas, sed quicquid inter ipsas Gentes Germanicas actum, civilia illa bella cladesque, mutatas subinde sedes, aliorumque in priores successiones, inde nec aliunde petere licebit.

Quemadmodum autem antiquissima & Cimbricam illam expeditionem sparsim attingunt (a) *Cæsar*, (b) *Vellejus Paterculus*, (c) *Plinius*, (d) *Plutarchus*, (e) *Florus*, (f) *Eutropius* item & (g) *Orosius*; ita, postquam volventibus annis sub Cæsarum Imperio magis in interiora Germaniæ armis suis penetrarunt Romani, & his modo memoratis jungendi erunt, (h) *Suetonius*, (i) *Dio Caspius*, cæterique,

(k) *Hi-*

(a) ed. *Jungerm. Francof. 1606. 4. Arn. Montani* cum not. var. *Amstel. 1670. 8. Grævii* cum notis *Dionysii Vossii 1697. 8.*

(b) ed. *Bæcl. Argent. 1642. Thysii 1668.* (c) ed. *Job. Harduin. in usum Delfhini 1685. 5. tomu 4.*

(d) ed. *Francof. 1620. 2. voll. in fol.*

(e) ed. *Freinsb. Argent. 1669. 8. Grævii ultima Amstel. 1692. 8.*

(f) ed. *Cellarii* cum metaphrasi Græca *Praanii* & notis *Ciza 1678.* & iterum *Jenæ 1697.*

(g) ed. *Franc. Fabricii Colon. 1574. 8. cum not. five quæ cum Latini & Andrea Schotti observationibus 1615. Moguntia prodit.*

(h) ed. *Grævii ult. Hagæ Com. 1691. 4.*

(i) ed. *Hanov. 1606. in fol.*

* (8) *

(k) *Historia Augusta* sequentium seculorum scriptores, neque omittendi, qui terrarum Orbis inter veteres nobis de-derunt descriptionem, (l) *Strabo*, (m) *Pomponius Mela*, (n) *Cl. Ptolomæus*, subinde quædam ad veteris Germaniæ populorum statum, resque gestas attinentia interferentes. Inter omnes tamen unius plurimum Germani debemus (o) *Cornelii Taciti* diligentia, qui scriptor prudentia & eloquentia maximus, Galliæque Belgicæ sub Vespasiano rationum Procurator, non solum peculiari libello Veteris Germaniæ situm, populos ac mores curate descripsit, sed etiam in *Annalium* & *Historiarum* libris, Germanorum, ad Rhenum inprimis, res gestas passim candide exposuit. Neque exiguo Germanicæ Gentis affectu dignum existimo, qui ultra duo secula posterior floruit, egregius plane scriptor, (p) *Ammianus Marcellinus*, Græcus quidem sed rerum

Germaniæ

- (k) edidit omnes H. A. scriptores latinos minores a Jul. Cæs. ad Car. M. *Gruterus* cum not. *Hannov. 1611. fol.* Sex illorum, Æl. *Spartianus*, Jul. *Capitolinus*, Æl. *Lampridius*, *Vulcat. Gallicanus*, *Trebell. Pollio*, Fl. *Vopiscus* prodierunt cum notis integris *Casaub. Salmasii & Grut. 2. To. Lugd. Bat. 1671. 8.* & ex recens. *Obrechtii Argent. 1677.*
- (l) *Geogr. l. 17. edit. Casaub. cujus ultima cum comm. Casaub. & Frid. Morellii prodiit Paris. 1620. fol.*
- (m) de Situ orbis l. 3. ed. cum observ. *Is. Vosii Haga Com. 1658. 4.* it. cum notis, & nummis antiquis illustrati a *Jac. Gronovio Lugd. Bat. 1696. 8.*
- (n) *Geogr. l. 8. editi per Ger. Mercatorem & recogniti a P. Montano Amst. 1605. fol.*
- (o) edit. *Bernegg. Argent. 1638.* Germaniam ejusdem separatim cum aliis veterum scriptorum locis & doctissima præfatione edidit *Cl. Conringius noster Helmst. a. 1678. 4.*
- (p) vid. de eo *Hankius de script. Rev. Rom. l. 1. p. 164. ff. Pope Blount. Cens. Cel. Aut. p. 181. ed. Lond.*

Germanicarum peritissimus, expeditionis quippe sub Constantio & Juliano in Germaniam susceptæ socius & comes, cui incipientes illas passim seculo III. Germanicarum Gentium in Romanum orbem immigrationes pari fidei & prudentiæ laude magnam partem descriptas debemus, dignumque proinde judicarunt, quem uberrimis suis commentariis illustrarent excellentis doctrinæ Viri, (q) *Lindenbrogius*, (r) *Valesii*, (s) *Gronovius*. Quæ autem deinceps per subsequentiæ secula reliquarum Gentium Germanicarum septemtrionalium, Gothorum, Vandalorum, Langobardorum frequentissimæ acciderunt in Romani Imperii terras irruptiones, earum pariter memoria ab optimis scriptoribus conservata ad nos pervenit, dabuntque accuratorem earundem notitiam (t) *Procopius Cæsariensis*, Vir eruditione ac rerum usu præstans, ac *Belisarii* individuus Comes, hujusque continuator (u) *Agathias*, (v) *Jordanes Gothus*, (x) *Isidorus Hispalensis*, (y) *Paulus Warnefridi, sive Diaconus, Langobardus*; quorum omnium elegans syntagma, a summo seculi sui Viro *Hugone Grotio* (z) adornari cæptum, decennio demum post illius excessum, cum

B

incom-

(q) *Hamb. 1609. 4.* (r) *Henricus Valesius* primus edidit a 1636. *Paris. 4.* dein *Hadrianus* cum suis & fratribus, itemque *Lindenbrogii* notis *ibid. a. 1681. fol.* (s) *Qui* integris *Lindenbrogii* & *Valesiorum* annotationibus suas passim inseruit, ac nummos insuper antiquos & figuras ad *Ammiani* illustrationem necessarias adjecit. *ed. Lugd. Bat. 1693. in fol. 8. 4.* (t) *libris II. de Vandal. & IV. de Gorbico bello.*

(u) *l. V. de Just. Imp. rebus gest.* ed. *Vulcanio Lugd. Bat. 1594. 4.*

(v) *de Getharum s. Gothorum origine & rebus gestis.*

(x) *in Chronico Gothorum Vandal. Sævor. in Hispania.*

(y) *de Gestis Langobard. libris VI.*

(z) *titulo Historie Gothorum, Vandal. & Langob. Amstelod. a. 1668. 8.* sicuti tres posteriores jam multo antea cum observat. suis dederat *Frid. Lindenbrogius Hamb. 1611. 4.*

* (10) *

incomparabili ejusdem in populorum illorum historiam introductione publicam lucem vidit.

Ex his itaque, quos breviter indicavi, scriptoribus, quemadmodum antiqua illa rerum Germanicarum memoria, ab ipsis incunabilis suis usque ad Francici imperii initia, ceu sparsæ quædam reliquiæ colligenda & componenda est, ita merito etiam magno in pretio habendi sunt illi doctissimorum, nostræ & superioris ætatis, Virorum labores, quibus ex idoneis his, quæ ex ultima antiquitate superlunt, monumentis, quicquid ad veterum Germanicarum Gentium situm, mores, res denique pace aut bello gestas majorem lucem afferre potest, plurima industria ac erga patriam pietatis laude collegerunt & illustrarunt. In his Cimbrici illius belli, cujus antiquissimam apud Romanos Scriptores memoriam occurrere dixi, historiam, post *Erpoldum Lindenbrogium* in Chronico (a) Vernaculo; peculiari (b) dissertatione, ex idoneis monumentis, docte & copiose exposuit nobilis Historicus *Job. Isaacus Pontanus*. Cumque potiore de antiquo rerum nostrarum statu notitiam *Taciti* debeamus libello, magno quidam ingenio Viri,

(a) Von dem scheuslichen Kriege welchen die Cimbrer mit dem Römischen Volk ganzer acht Jahr geführet &c. ed. cum 2. de *Historia Arminii libri Hamb. 1580. 4to.*

(b) quæ præfixa est *Historia ejusdem rerum Danicarum* ed. *Amstelæd. 1631. fol.* Vid. de scriptoribus expeditionis hujus Cimbricæ uberius *Job. Mollerus in Isagoge ad Hist. Cæronesi Cimbr. p. 49. ff. & in præfatione* [præfixa editioni, quæ adjuncta est *Bibliotheca septentrionis eruditi ed. Hamb. 1699.] p. 38.*

* (n) *

Viri, (c) *Beatus Rhenanus, Andr.* (d) *Althmarus, Jod. Willichius, Henr. Glareanus, Mich.* (e) *Beutherus, Gabriel* (f) *Ackelejus, Matth.* (g) *Berneggerus, Georg. Casp.* (h) *Kirchmajerus, Ciriacus* (i) *Lentulus*, ad illum observationibus suis illustrandum certatim quasi se contulerunt. Ac eisdem Taciti inprimis, aliorumque veterum auctorum ductu, qui principem merito suo inter noviores locum tenet *Phil. Cluverius* in æternum victuro opere, (k) admirabili diligentia, labore & judicio adeo omnem veteris Germaniæ memoriam excusit, ut aliorum in hoc studio conatus longissime superaverit, quamvis audacioribus paulum quandoque conjecturis, & nimia in corrigendis veterum auctorum locis libertati indulgere aliquibus visus sit. Ad eundem veteris Germaniæ statum universum ejusque populorum historiam, etiam post collapsas res Romanorum & sub Francici Imperii initia accuratius intelligendam ducunt *Beati Rhenani* (l) rerum Germanicarum libri, ut introductionis fere loco in historiam Genitis esse possint. Non indiligenter quoque in vetustioribus

B 2

verfa-

- [c] extat cum ejusdem libris rer. Germ. edit. Argent. 1610. 8.
 [d] hic cum 2. seqq. habetur To. 1. Rer. G. Scharidii, & adjunctus etiam est *Willichii* Commentarius Rhenani rer. Germanicæ editioni.
 (e) ed. Argent. 1594. 8.
 (f) Exercit. XXV. politico philol. Soræ 1646.
 (g) In Exercit. Acad. ad Tac. Germ. & vitam Agricole ed. Freinsb. Argent. 1640. 8.
 (h) *Wittenb.* 1664. 8. (i) *Marpurg. Cattor.* 1666. 8.
 (k) Germ. Antiquæ libris, ed. Lugd. Bat. 1616. & 1631. fol. quos in compendium redactos edidit *Job. Buno Guelpherbyri* 1663. 4.
 (l) editi Argent. 1610. 8. cum aliis quibusdam adjunctis, & iterum auctiores per *Jac. Ottonem Ulma* 1673. 4.

* (12) *

verfatus est *Franz. Irenicus*; [m] nec parum antiquitatum Germanicarum studiosis profuturos arbitror *Petri Bertii* [n] Commentarios, & quæ doctissimorum Virorum Germaniæ veteris illustrationi inservientia opuscula conservavit *Schardius* [o]. Quæ autem porro sub primis Romanorum Imperatoribus, cum non alibi magis acriter & frequentius, quam in terris Rhenum inter & Visurgim Romani & Germani, illi de gloria, hi de libertate certaverint, ab utraque parte in his locis gesta sunt, ea ab æternæ memoriæ Principe undique ex idoneis scriptoriis, pari diligentiæ & judicii laude, collecta & illustrata, [p] *Monumentis* ejusdem *Paderbornensibus* inserta leguntur; eademque fusius adhuc, ordine temporum, & ut quæque sub singulis Romanis Cæsaribus sequentium etiam seculorum gesta sunt, egregie in

Historia

- (m) in opere quod *Exegesi Germaniæ* inscripsit, *libris* 12. quam & sui temporis insuper Germaniæ descriptionem contineat. ed. *Hagenæ* 1518. fol.
- [n] *rerum German. 3. libris* distinctos, quorum prior Germaniæ veteris, alter posterioris a *Carolo M.* ad nostra tempora, tertius præcipuarum in ea urbium noticiam tradit ed. *Amstelod.* 1616. 4.
- (o) *Tomo 1. Rerum Germ.* inter quæ præcipua *Bilib. Birckeymeri* descriptio *Germ. Henr. Bebelii* argumenti varii, *Jac. Wimphelingii* epitome *rer. Germ. Conrad. Peutingeri* sermones convivales, (quos separatim cum aliis quibusdam recudi fecit *Cl. Schubartus Jenæ* 1684. 410.) *Hieron. Gebwileri* libertas *German. Conr. Celtis* de *Situ & moribus Germ.* &c.
- (p) quorum ex *Historia Romana, Francica, Saxon. erutorum,* & elegantibus *inscriptionibus, figuris, tabulis Geogr. notisque* illustratorum, altera editio auctior prodit *Amstelod.* 1672. 410.

Historia Westphaliae (q) exsequitur doctissimus *Nicolaus Schatenius*. Neque exigua veteri Germanorum historiae universae lucem commodabunt, quæ ex omnibus superstitibus monumentis, singulari plane industria in suo *Belgio Romano* congesit *Egidius Bucherius*, [r] in cujus posterioribus libris varias insuper illas quarto & proximis seculis factas in Romanum Orbem incursiones diligenter describit: Quas omnes itidem Barbarorum, ut Romani appellant, irruptiones in Italiam, egregie & temporis rationes accurrate observata in *Historia Insubrica*, [s] sive *Barbarica* exposuit *Erycius Puteanus*, & huic jungendus Romanarum & Italiae antiquitatum indagator doctissimus [t] *Carolus Sigonius*. Omnium autem fusiissime, summaque & diligentia & judicio, antiquissimas Germaniae populorum vetustates, excursiones, ac res varie gestas usque ad Ottonum tempora descripsit, illustris &

B 3

(q) ea parte, quam *Romanam* inscripsit, ed. post mortem auctoris *Neubusii* 1690. fol.

(r) *Ecclesiastico & Civili*, libris 20. a fine commentariorum *Cæsaris* ad A. Chr. 511. ed. *Leodii* 1655. fol.

(s) ab origine Gentis ad *Ottonem M. Imp.* libris VI. cujus altera editio ab auctore ipso plenius commentariis illustrata *Lovanii* 1630. iterum, auctorum quorundam & brevium notarum adjunctione auctior, prodiit *Francos. & Lips.* 1678. curante *Rud. Godofr. Knichenio*.

(t) in *hystor. de Occid. Imperio* libris 20. in quibus a *Diocletiano* ad *Justiniani* obitum, res non modo sub Romanis Imp. sed etiam sub barbaris Regibus in Occidentis imperio memorabiles narrat, ed. *Basileæ* 1579. 4.

magnæ quondam dignitatis Vir, (u) *Johannes Philippus a Vorburg*, ut æterno historiæ Germanicæ damno univèrsùm illud opus tanti Viri immatura morte interceptum esse merito dolendum sit.

EX QVO autem novum Christianæ religionis lumen Germanicis populis affulgere cœpit, & simul Romani sermonis usus magis magisque inter illos invalescere, domesticos quoque rerum suarum scriptores nacta est Germania; ac quamvis iidem in summa illa melioris literaturæ egestate, cum omnis quæ supererat eruditio, intra sola fere monachorum claustra delitesceret, nec ulla orationis cultura affurgant, nec res ipsas satis affecuti, homines a Reipubl. remoti, levia sæpe & inepta literis consignent, graviora & quorum inprimis Reipublicæ ac memoriæ posteritatis intererat, prætermittant, gratias (x) tamen illis nunc habere

(u) in duodecim integris tomis præliminaribus ab 1645. ad a. 1660. *Francos. in fol. editis*, quo ipso anno Auctor, apud Conventum Deputatorum imperii agens, apoplexia decessit, vid. *Diarium Europ. de rebus gestis a. 1660. d. 6. Maji parte IV. p. 352.* Jungi etiam his operæ prætium fuerit, quæ de variis illis Germaniæ populorum excursionibus ante sexennium Vir Cl. nec juris magis, publici privatiq; quam doctrinæ elegantioris & historiæ omnis interiori peritia excellens *Job. Werthofius* nostras, in *Notitiæ S. R. I. enucleata specim. II.* accuratè commentatus est.

(x) Non possum quin hic adscribam judicium *Hadr. Valesii*, de annalium Francicorum scriptoribus, ex l. 24. *Rerum Francic.* Multum jejuniis istis aridique scriptoribus debemus, quod pro captu mediocritatis suæ, & ut illa ferebant tempora, *Annales* qualescunque composuerunt, & quæ ex majoribus natu acceperant, utcumq; in epitomen coacta posteris velut per manus tradiderunt, nobisq; haud pauca memoratu digna reliquerunt, in quibus suam quisque solertiam sagacitatemq; exercemus, plerosq; *Caroli principatus annos sine ulla mentione transmissuri*, si nihil ipsi literis mandavissent, Conf. *Böcl. in Præfat. Comment. suo de rebus secc. 9. & 10. præmissa, & Ill. Leibnitzius* iidem in *Præfat. quam accessionum suarum Hist. vol. I. addidit.*

* (15) *

habere & pretium ponere oportet, dum in rebus suorum temporum & his vicinorum non alios habemus idoneos, aut meliores rerum domesticarum testes, neque aliunde gestorum seriem supplere liceat. Præclare itaque intra unius & alterius seculi decursum de publico promerita sunt excelsæ quædam animæ, qui pleraque rerum nostrarum monumenta e monasteriorum pulvere, cumque tineis & blattis certantia, in publicam lucem protraxere, & pereun- ti memoriæ quasi animam iterum reddiderunt.

Cum vero Caroli M. Francorum Regis auspiciis Ger- mania universa in unum civile corpus coacta, reliquo ejus per omnem Galliam & Italiam extenso Imperio conjun- cta esset, inque posteris ejus per seculi & amplius inter- vallum hæserit, Francici illius Imperii & Gentis superstiti- bus ex antiquitate monumentis e situ & tenebris eruendis conservandisque Germani pariter Gallique incubuerunt. Inter quos sub finem sexti decimi seculi *Petrus (y) Pitheus* & *Justus*

[y] editis primum XII. scriptoribus coætaneis ab a. 708. ad 990. Paris. 1588. quæ editio repetita fuit Francof. 1594. Præcipui in his sunt *Annales Francorum* ab a. 714. ad a. 883. *Frodoardi Presbyteri Rhemensis Chronicon* ab a. 919. ad a. 966. *Vita Caroli M. descripta a Monacho canobii Ege- liamensis*; quæ continetur quoque in vol. *Rer. G. a Culpisio* edito; *Testamentum Caroli, s. Charta divisionis Imp. Thegami Chor. Episcopus Trevir. de Gestis Ludov. Imp.* qui, cum Ludovico adhuc superstitè scripserit, desinit in anno imperii ipsius 23. ut est apud *Pitheum* l. 22. ut ex Codice quodam MS. demonstrat *Lambecius*, qui appendi- cem etiam duorum annorum adjecit, quæ extat l. 2. *Comment. de Bibl. Vindobon. c. 5. n. 31. pag. 301. 302.* insertum est idem opus a *Culpisio* dicto volumini; *Acta exauktionis Lud. Imp. a. 833. & præ- ceptum*

& *Iustus* (2) *Reuberus*, superioris autem inito *Marquardus* (a) *Freherus*, varios Francicarum rerum scriptores conjunctim exhibuerunt: Hos secuti *Andreas & Franciscus Du Chenii* sive *Quercetani*, Pater & filius, majori conatu & molimine universæ Francorum Historiæ scriptores

ceptum de divis. regni inter filios a. 837. *Vita Lud. Pii Imp. incerti auct.* quæ eadem habetur apud *Freherum*; *Nithardi de dissensionibus filiorum Lud. Pii usq. ad a. 843. libri 4. titid.* apud *Culpsium* in vol. allegato; *Acta Coronationis Caroli, Lud. Imp. Filii a. 876.* quæ tamen auctiora & emendatiora habet *Goldast. p. 2. Const. p. 31.* Præter hos adhuc alii scriptores veteres *XI. ab a. 900. ad a. 1285.* e *Bibl. Pithe* i editi sunt *Francos. 1596. fol.* extrema Carolinæ in Gallia stirpis & Capetiorum res gestas explicantes.

(2) Hic in *Tomo Scriptorum German.* postea dicendo ad res Francicas spectantes comparere voluit *Eginbardum de vita & gestis Caroli M. Annales Pipini Caroli M. & Ludovici*, Astronomo cuidam, *Ludovici Pii* domestico ab eodem tributos, quos alii tamen *Adelmo s. Ademaro Monacho*, cujus nomen apud *Freherum* præferunt, quidam ipsi *Eginbar*do adscribunt; vid. *B. Parens in Intr. ad Hist. Sax. inf. p. 90. & 91. in f. Historiam de Vita Caroli M. & Rolandi, Turpini* nomen præscriptum habentem, qui libertamen suppositivus & totus fabulis scetet. vid. post *Voss. de Histor. Lat. l. 2. c. 32. Gryphander de Weichbildis Saxon. c. B. 14. & 15.*

(a) in *Corpore Historia Franc. veteris & sinceræ* ed. *Hanov. 1613. fol.* Præcipua sunt *Ivoni Carnotensis Chronica*; *Gesta Francorum* epitomata scriptoris vetusti; *Chronicon Fredegarii Scholastici*; *Gregorii Turonensis Histor. libri X.* *Aimoni* de *Gestis Francorum, l. 4.* quæ historia tamen longius procurrit in edit. *Jac. du Breul. Paris. 1602. fol.* sed vid. *Voss. de hist. Lat. l. 2. c. 34. p. 311. Adelmi annales*; *Eginbar*anus de *Vita Carol. Vita Lud. Pii auct. incerti*; &c.

res coætaneos (b) in publicum edere aggressi erant, sed utriusque morte tam nobile & vastum opus interruptum, nec ab eo tempore continuatum fuit. Cum vero ex legibus, Constitutionibus, sive ut appellabantur, Capitulis aut Capitularibus Regum non minus publicam ejus ævi faciem plurimum illustrare liceat, nec hac in parte defuit insignium Virorum industria, legesque illas omnes, quibus Germanicæ Gentes Francorum Imperio subditæ Caroli M. tempestate & deinceps usæ sunt, .post *Job. Basilium* (c) *Heroldum*, sub initium superioris seculi editas habemus singulari opera in patriæ antiquitatibus versatissimi Jcti, *Frid. (d) Lindenbrogii*. Nostra vero ætate Capitularia Regum Francorum, post aliorum curas incomparabili diligentia recensita & illustrata dedit, qui adhuc hodie in viridi senectute præclaris scriptis non Galliam modo suam, sed seculum

C

lum

(b) ab origine Gentis ad nostra usq; tempora, & quidem XXIV. tomis distinctos, quorum tamen *quinque* tantum publicam lucem viderunt, ac *duo* priores editi *Paris*, per *Andream du Chesne*, a. 1636. tres posteriores *ibid.* per *Franciscum* filium a. 1649. ex quibus illi, & maxime *secundus*, qui continet scriptores a Pipino Caroli M. patre ad Hugonem Capetum, ad hanc quam signavimus periodum pertinent. Vid. *Series Auctorum omnium, qui de Francorum historia & rebus Francicis, cum Ecclesiasticis, tum secularibus scripserunt*, & his 24. tomis comparere debebant, edita *Lut. Paris*. tertium auctior & copiosior, a. 1663. 8. *Jung. Prefatio Tomo I. præfixa.*

(c) qui illas ex vetustissimis Bibliothecæ *Fuldensis* exemplaribus descriptas edidit *Basilæ* a. 1557.

(d) in *Codice Legum antiquarum*, una cum *formulis antiquis & Glossario rerum & vocum difficiliorum* edito *Francos*. 1630. in f.

lum illustrat, *Stephanus* (e) *Baluzius*. Inter recentiores, post illos, qui origines præcipue Francicas & antiquitates indagarunt, principes *Nicolaum* (f) *Vignierium*, *Job. Isaacum* (g) *Pontanum*, *Hadrianum* (h) *Valesium*; universales etiam Annalium Gentis conditores in horum temporum historia cum præcis illis & coævis juvabit conjungere, inter quos eminent *Paulus* (i) *Amilius*, *Robertus* (k) *Gagvinus*, *Job. Papyrius* (l) *Massonus*, *Johannes* (m) *Ser-*

(e) prodiit nitidum istud opus cum *Marculfi monachi & aliorum formulis antiquis*, duobus voll. *Paris. 1677. fol.* adjunxitque Cl. editor non solum aliorum doctiss. Virorum notas, veluti *Fr. Pithei Glossarium ad Legem Salicam & Capitularia*, *Jac. Sirmondi notas ad Capit. & Hier. Bignonii ad Legem Sal. & formulas Marculfi*, sed & suis universum opus eleganter illustravit.

(f) de *Statu & origine veterum Francorum*, qui tractatus ex Gallico sermone in latinum conversus extat ap. *Duchesium Tom. I.*

(g) *Originum Francic. libris VI.* ed. *Harderw. 1616. 4.*

(h) Præfatione & libro de *Gestis veterum Francorum.* ed. *Par. 1646. vol. 3. fol.*

(i) Veronenfis Italus, de rebus gestis Francorum, quas ad a. 1488. insigni prudentiæ & eloquentiæ laude persecutus est, neque fidem in eo desiderant, nisi quod *Bæclerus* tamen in præfatione *Ser. Cæss. Germ.* eum, cui de *Scriptoribus Gallicis plurimum creditur*, sæpe historiam confundere, sæpe non ex rerum fide, sed ex impetu calami interpolare, fingere multa, ut animo concepit, non commemorare ut memoriis publicis ea debere potuit, & alibi, non parum adulari Pontificiæ Curie doctum, pronunciet. add. *Lipsi* de eodem judicium in *not. ad Pol. l. a. c. 9.* Prodiit cum *Contin. Arn. Ferroni* impari tamen longe stylo conscripta & *Jac. Henr. Petri* ad a. 1601. it. cum *Chronico Job. Tili* de *Regibus Franc.* *Basilea 1601. fol.*

[k] in *annalibus Rerum Gall.* ab initio ad a. 1499. cui *supplementum* accessit per *Hub. Vellejum* usque ad *Henr. II.* ed. *Francos. 1577. fol.* *Affectus* autem in *annalibus* his *Auctorem admiscuisse* judicat *Lud. Vives* de *tr. ad. discipl. l. 5.*

(l) In *annalium libris IV.* quibus res *Gestæ Francorum* explicantur *Paris.*

(m) *Serranus, Franc. (n) Mezereus, Phil. (o) Buffierius.* In Ecclesiasticis quoque Francorum annalibus, quas nostra ætate, vasto operi immortuus, composuit *Carolus (p) Cointius*, plurima passim a diligentissimo Auctore admixta habentur civili Francorum historiæ clarissimam lucem allatura. Ac in iisdem Francis rebus singularem pariter, quam in aliorum populorum supra laudavimus, industriam impendit *Vorburgius*: neque exiguum universæ Gentis historiæ, & rebus inprimis in Saxonia gestis lucem affundent, itidem jam nobis memora-

C 2

mora-

Paris. 1577. 4. Est autem *Freberi* iudicio, in *Origin. Palat.* edit. prioris, (in ultima enim, quæ in duas partes divisa prodiit, illud omissum est,) c. 10. p. 82. in f. *Scriptor eruditione & accuratatione omnibus nostri seculi scriptoribus superior.*

(m) qui Reformatæ religioni addictus & Henrico IV. Regi, antequam Pontificiam amplecteretur, a Confessionibus fuit; scripsitque *Francicam historiã* a Pharamundo ad Henr. IV. cujus ult. editio Gall. lingua tit. *le véritable Inventaire de l'histoire de France; illustré par la Conférence de l'Eglise & l'Empire*, cum contin. ad a. 1648. prodiit *Paris. 1648. 2. To. in fol.* In latinam linguam opus illud per *Marc. Casiod. Reinium* conversum, & tit. *historia Regnum Gallia integrã* usque ad a. 1625. uno vol. editum fuit *Francos. 1627. fol.*

(n) dans l' *histoire de France*, quæ a Pharamundo ad a. 1598. decurrens, primum a. 1643. *Paris. 3. voll. in f.* & altera editione *ibid. 1684. V. libris de Origine Francorum* auctior, & usque ad mortem Henr. IV. deducta prodiit: dederatque ipse Auctor ejus Compendium tit. *Abregé Chronologique de l'histoire de France* usque ad mortem pariter Henrici IV. *sex voll. Paris. 1668.* quæ ed. repetita fuit *Amstel. 1682. VI. To. 12.*

(o) In *historia Francica*, quam a Pharamundo ad Ludovicum XIV. continua serie deductam, latina lingua & elegant. stylo consignavit, ed. *Lugduni 1661. IV. tomis in 12.*

(p) a prima Gentis origine f. ab a. 235. ad a. 845. VIII. Tomis, quorum primus prodiit *Paris. 1665. ultimus* post mortem auctoris, a. 1683. defuncti, *ibidem 1683. fol.*

morata Monumenta Paderbornensia, & Schatenii Historia [q] Westphaliae, quique post illam editi Annales (r) Paderbornenses. Quinam autem in variis illis a Caroli M. successoribus frequentissime initis Regni Francici divisionibus, etiam post avulsam penitus & separatam Galliam a Germania, veri utriusque permanerint limites, ex monumentis & tabulis supersticibus ejus ævi accurate indagavit, Vir excellenti harum rerum peritia in paucis eruditus, illustris (s) Obrechtus. Præter hos, singulorum quorundam Imperatorum Francicorum historiæ concinnandæ haud pœnitendam impenderunt operam, patriarum rerum solertissimi quidam Viri, Erpoldus [t] Lindembrogius, Job. [u] Letznerus, Job. Joach. (w) Franczkus; ad universos autem indu-

(q) qua eam parte Francicam & Saxonicam inscripsit.

(r) quorum pars prima, qui ad Frid. II. Imp. sive A. 1227. procurrit, edita fuit Neubusii a. 1693. in fol. in quibus modo dictam Westphaliæ historiæ, quæ in Caroli M. morte desierat, persequentium Imperatorum seriem auctor pertexere allaboravit.

(s) in Prodromo Rerum Alsaticarum edit. Argentor. 1681. in 4. juncto Conringio nostro in libro de Fin. Imp.

(t) in Chronico Caroli M. vernacula sermone Hamburgi a. 1563. in 4. edito, in quo universam Caroli vitam & res gestas ex antiquis auctoribus diligenter collegit, & Saxonicam Carolini ævi historiæ ac antiquitates non parum illustrat; quos tamen frequenter in margine citavit auctores, in iis quandoque ne apicem quidem rei, de qua tractatur, reperiri, annotat Bacler. in diss. de Wittebindo p. 20.

(u) In historia Caroli M. itemque in Chronico & vite rerumque narratione Ludovici Pii; itidem vernacula lingua conscriptis, quorum illa edita Hildesie 1602. 4. hoc Chronico Monasterii Corbejensis 1604. ibid. recusò conjunctum est.

(w) Argentoratensis, in historia Caroli M. Imp. Rom. ed. cum Eginhardi Carolo & Præfatione Bacleri Argent. 1644. 4. Extat etiam vita Caroli M. auctore Donato Acciajolo, Florentino, qui sec. XV. vixit

industriam extendit, Vir & juris & omnis doctrinae elegantioris gloria eminens, Praeceptor olim ac Hospes noster, *Joh. Christophorus (x) Wagenfeilius*; & qui ex optimis veteris aevi monumentis magno judicio & accurata methodo omnia collegit, digesit & examinavit *Joh. Henricus (y) Baclerus*.

Quemadmodum vero praecis Francicarum rerum monumentis colligendis peculiariter aliqui industriam suam occupatam voluerunt, ita nec defuere insignes quidam Viri, & communis patriae rebus erudendis illustrandisque nati, qui etiam ceteros, mediae aetatis res gestas complexos, Scriptores, singulari studio in certa quasi corpora conductos publico exhibere aggressi sunt. Nota in his sunt illustria nomina (z) *Scharau*, (a)

C3

Pistorii.

vixit, apud *Freber. in Corp. histor. Franc.* p. 549. in qua tamen *Eginhardum* presse sequitur, & fere exscribit.

(x) in *Dissertatione* quadam elegantissima, qua nervose & breviter *Catalogum Imp. Francicorum* exhibuit *Altorphii* 1675.

(y) In *Commentario de rebus secc. IX. & X. per seriem German. Caesarum* ed. *Argent.* 1676. 4.

(z) *Simon*, J.C. & Assessor demum *Camerae Imp. cujus IV. Tomi Rerum German. a. 1574. Basileae* prodierunt, quos iterum, indicibus locupletioris recudi fecit *Hier. Thoma*, *Augustanus J.U.L. Giesse* 1673. fol. Incedit autem optime per temporum seriem, ac *To. I.* praeter opuscula ad *primas Germaniae antiquitates & historiam*, etiam post *Car. M.* tempora spectantia, quorum potiora supra recensuimus, p. 369. exhibet *Chronicon Monachi Hirsfeldensis ab O.C. ad a. 1077.* de quo postea dicemus. *Ildus* complectitur ea, quae *Carolo V.* imperante gesta; *Illius*, quae *Ferdinando I. IVus*, quae *Maximiliano II.* domi forisque acciderunt.

(a) *Johannes Nidanus*, *Marchionum Badensium Medicus*, cujus *III.* extat *Scriptorum Rerum German. Tomi*, quorum *I. Francof.* 1583. *II.* ibidem 1584. *III.* 1607. impressi & repetita editione a. 1613. In priori extant *Regino Prumiensis Cœnobii Abbas*, qui *II. Chronis. libris a N. C.* ad a. 907. praecipue res *Francorum* tradit, pro-

(22)

Pistorii, (b) Reuberi, (c) Urstisi, (d) Freheri,
(e) Mei-

productus ab alio quodam incerto ad a. 967. *Chronicon Hermanni Contracti*, de quo postea; *Lambertus Schaffnaburg*. Monachus Hersfeld. *de rebus German.* incipiens, post paucissima ab O. C. præmissa, a sec. 8. ad a. Chr. 1077. in primis autem res Henrici IV. prudentia & dictionis ultra xvum elegantia persecutus, cetera enim cum his comparari haud debent, uti censent *Conring.* in *Epist. Tac. Germ. præm.* p. 24. & *Bos. de Compar. prud. Civ.* §. 35. add. de *Lamb. Sagitt. Intr.* in *hisp. Eccl.* p. 52. sequitur hinc ejusdem continuatio *Monachi Erford.* ad a. 1472. *Mariani Scoti Chronicon* l. 3. ab O. C. ad a. 1083. cum *Dodechini Contin.* ad a. 1200. *Sigebertus Gemblac.* ab a. Chr. 381. ad a. 1113. cum *Contin. Roberti Montensis* ad a. 1210. de 2. aliis continuat. vid. *Sagitt. l. c.* p. 37. *Suffridi Presbyteri Misnens. epitome*; *Compilatio Chronol. Anonymi* ad a. 1447. *Pauli Langii Chron. Cizizense* ab a. 968. ad a. 1515. *historia Landgravorum Thur.* In altero habentur *Chronicon s. Pantheon Gosfridi Viterb.* ab O. C. ad a. 1186. *Weneri Rolevink fasciculus temporum* ab O. C. ad a. 1480. cum *append. Iob. Linturii* ad a. 1514. *Huld. Mutius* de quo infra. In *Illtio* exhibentur *Magnum Chron. Belgicum monachi* cujusdam *Nusfensis* ab a. 54. ad a. 1474. *Wippo Conradi II. & Henr. III. Imp. Sacellanus, de vita Conradi Salici Imp. antiquitatum fuldensium* l. 3. *Chronicon. August. Eccles. Chronicon. Episcopatus Constant.* ab a. Chr. 68. ad 1607. *Chronicon Episcoporum Mindens.* auct. inc. ab a. 780. ad a. 1599. cum *privil. Cesaris* 30.

(b) *Iustus, Consil. Palat. cujus veterum scriptorum Tomus unus* prodit *Francos. 1584. & Hinov. 1619. fol.* In eo præter scriptores Franc. jam recensitos continentur *Luitprandi*, qui vixit Ottone I. Imperante, rerum ab *Europa Imp. ac Regg. gestarum* l. 6. quos orditur ab *Arnulphi* temporibus; de *Chronico* tamen, quod sub *Luitpr.* nomine in *operibus* ejus ab *Hier. de la Higuera & Laur. Ramireño de Prado* cum notis doctissimis editum *Antwerp. 1640. fol.* sed suppositum est, vid. *Sagitt. Intr. in H. E.* p. 48. *Hrosvithe monialis gesta Ottonis I.* de quibus postea; *Anonymus de vita Henr. IV. cum Epistolis aliquot ejusdem Imp. qui sæpius editus & etiam apud Urstisium & Gold. in apol. sub nomine Oiberti Episc. Leod. exstat,* de quo

de quo vid. *B. Parent in Intr. ad Histor. Saxon. pag. 95. seq. add. Sagitt. d. I. pag. 624.* Anonymi Poetae *historia de bello Saxon. l. 3. it. ap. Gold. in apol. pro Henr. IV. contra Gregor. VII. Roberti Monachi histor. l. 8. de bello Christianorum adversus Sarracenos a. 1095. suscepto; Guntheri Poetae Ligurinus, de quo infra; Chronicon Mogunt. Conradi ab a. 1140. ad a. 1240. it. ap. Ursisum; vid. qua de eo notat Diefenb. de morte Henr. VII. p. 209. seq. Ric. Bartholini Perusini de bello Norico ad Max. I. Austriacos l. 12. cum scholiis Jac. Spigellii.*

(c) *Christianus*, Basil. Mathematicum Profess. in Tomo uno, sed 2. partibus distincto, *Germania historicorum Illustrum*, quorum plerique ab Henr. IV. tempore ad a. 1400. scripserunt; ed. *Francos. 1785.* & iterum *ibid. 1670.* In parte I. Scriptores sunt; *Otonis Frisingensis* Episcopi, illustri Marchionum Orientalium s. Austriae stirpe prognati, & *Conradi III. Imp. fratris uterini*, *Chronicon l. VIII.* ab O. C. ad a. Chr. 1152. cum *append. Otonis de S. Blasio* ad a. 1210. vid. *vita Otonis* ab *Ursisio* praemissa, qui idem institutum in sequentibus secutus, & *Sagitt. H. E. Intr. p. 85. seq. Hermanni Contracti Chronicon* ab O. C. ad a. 1054. contin. a *Beriboldo* Constant. ad a. 1066. & ejusd. *Beriboldi*, qui tamen Henr. IV. paulum infestior, *Chronicon* ad a. 1100. exstat etiam vulgata *Hermanni* editio ap. *Pistor.* sed auctius adhuc, quam hic habetur ap. *Canis. l. I. Lect. Antiqu.* Anonymi *Vita Henr. IV. Imp. Otonis Frising. Episcopi de gestis prid. l. libris II.* ad a. 1156. cum *Contin. Radevici Frising. Canonici*, itidem *libris II.* ad a. 1160. cui adjecta *appendix XI. ann. Auct. inc. & epistola de expedit. asiatica & morte Frid. Chronicon Mogunt. Conradi* it. ap. *Pistor. Monachi Paduani l. 3. de reb9 in Lombardia Frid. II. imperante gestis*, ab a. 1207. ad a. 1270. In parte II. *Annales Colmarienses* ab a. 1211. ad a. 1303. *Conr. Vecerii de rebus gestis Henr. III.* Et ap. *Pistor. Alberii Argentini. Chronicon* a *Rud. I.* ad *Car. IV.* obitum s. ab a. 1270. ad a. 1378. de quo vid. *Ursisii praefatio*, qui etiam praemissit *Fragmentum histor.* ab a. 631. usq; ad *Rud. I. electionem.* Ejusdem *de rebus Beriboldi Episc. Argent. Sententia ex-auctorationis Wenceslai* quam ex *Chron. Jac. Konigshofis* transtulit; quae eadem ap. *Gold. in Const. T. I. p. 379.*

(d) *Marquardus*, *Consil. Palat.* qui *III. tomis German. Rerum Scripto.*

[e] Meibomii, qui pluribus voluminibus editis rerum Germanicarum scriptoribus, junctim nobile quoddam historiae patriae corpus conficere possunt. Quibus tamen

non

Scriptores complexus est, quorum prior, scriptorum, qui res a Car. M. ad Frid. III. literis confignarunt, prodiit *Francef. 1600.* & iterum 1624. fol. Alter, illorum, qui res sub Frid. III. & Max. I. gestas tradiderunt, *ibid. 1602.* & 1637. f. IIIus præter aliqua iisdem imperantibus potissimum sub Carolo V. acta complectitur, ed. *Hanov. 1611.* f. In priori continentur; *Annales Franc. Fuldenses* ab a. 714. ad a. 900. *Chronicon Laurishamense* ab a. 764. ad a. 1179. *Brunonis Hist. belli Saxon.* cui nimio erga Henr. IV. odio flagranti, adjuncta *Apolog. pro Henr. IV. f. Venerici Vercellensis* f. quo nomine edita ap. *Gold. in Apol. p. 53. Waltrani Naumburg. Burcardi epist. de excidio Mediol. a. 1162. Godofridi monachi Colonienf. annales* ab a. 1162. ad a. 1237. *Fridericus II. Epistola; Chronica Australis it. Augustensis per Rappenheimium; Henr. Steyonis Al-tahenf. Annales* ab a. 1266. ad a. 1300. auctiores ap. *Canis. t. 2. Ant. lect. cū append. ad a. 1325. lisdē cum annal. in plurimis conveniunt Eberh. rrdē Altab. annales* ap. eundem *Canis. t. I. vid. Voss. l. 2. c. 64. p. 509. Henr. Rebdorfsenfis annales* ab a. 1295. ad a. 1362. *Chronicon Elwangense* ab a. 1095. ad a. 1477. His in appendice adjecta sunt *Laurisham: Canobii conver-60; Tagenonis expeditio Afiatica Frid. Imp. De obitu Henr. VII. rythmi; Ludovici IV. ad Bullam Job. 22. Papa responsio; de nullitate processuum Papa contra Lud. Diplomata quadam Lud. IV. Reliqui duo tomi, scrip-tores inde a Frid. III. temporibus saltem continentes, non adeo huc pertinent.*

(e) Henrici, uterque Avus & Nepos, quorum hic, B. Parens meus, *Rerum German. Tomos III. a. 1688. f. Acad. nostræ typis evulgavit.* In priori, qui scriptores ab *Henrico seniore* primum editos, & omnes fere notis & auctorum vitis illustratos complectitur, præcipui sunt *Theodor. de Niem. historia de vita Job. XXII. Pont. Gobelini Persona Cosmodromium* ab O. C. ad a. Chr. 1418. *Levoldi Noribovii Origines Marcanæ* ad an. 1358. *Gerhardi Stederburg. historia Henr. Leonis; Andronici II. Imp. Constant. Aurca Bulla Henrico Duci Brunfv. data; Herman.*

non alienum fuerit conjungere, quos curæ *Erpoldi* (f) *Lindenbrogii* & *Melchioris* [g] *Goldasti*, de patriæ antiquitatibus præclare meritorum Virorum, debemus scrip-

D

Hermani de Lerbeke Chron. Comitum Schaumburg. Chronicon. Mind. inc. Auct. ab a. 780. ad a. 1474. Witicindi Monachi Corbej. Annalium L. 3. in quibus præcipue Henr. Aucupis ac Ottonis I. gesta describit, cum luculentis notis; Panegyris Hrosvite monialis Gandersh. de gestis Ottonis M. quæ item ap. Reuberum; Erectio Ecclesie Magdeb. in Archiepiscop. cum Ottonis I. diplomatibus; &c. In Illo tomus, qui continet Scriptores ab Henrico Juniore primum e MSC. editos & illustratos, potiora sunt Lev. Northofii Catalogus Archiepisc. Colon. Woltheri Chron. Bremense usque ad a. 1463. Job. Schiphoweri Chron. Archicomitum Oldenburg. Erdwini Erdmanni Chron. Osnabrug. usque ad a. 1453. Anonymi Chron. Magdeburg. Alb. Crummedyckii Chron. Lubecense, cum contin. ad a. 1505. Andrea Hoppenrethii Annales Gerurodenses; &c. In Illcium tomum congesta sunt dissertationes histor. varii argumenti & Chronica Monaster. Sax. Meibomiis auctoris, veluti Irminsula Sax. De pagis utriusque Sax. Apologia pro Ottone IV. Imp. Erectio Ducatus Brunsvic. &c. quæ omnia antiquitates inprimis Saxonicas non parum illustrant.

(f) *Basilicæ Hamburg. Canonici, qui Rerum German. septentrionalium vicinorumque populorum scriptores diversos, Francof. 1609. in fol. publicavit. Potiora sunt M. Adami Historia Eccles. de qua infra; Inc. auct. hist. Archi. Episc. Brem. a Car. M. ad Car. IV. Adhuc inc. Auct. duo Chronica Slavica, unum ad a. 1478. alterum ad a. 1265. Erici Regis Dan. de gentis Dan. origine, Regibus ac rebus gestis.*

(g) *ab Haiminsfeld, Nob. Helveti, Consil. Saxo. Vinar. & Holf. Schaumb. cujus præter alia ingenii monumenta, quorum aliqua adhuc infra recensēbimus, extant Rerum Alemannicarum scriptores, III. tomis cum Glosfis rerum & verborum, editi Franc. 1606. & iterum 1661. f. in quorum. I. & II. vetustos, in III. recentiores aliquot collectos habet, ecclesiasticæ non minus quam civilis historiæ antiquitatum illustrationi infervituros; In recentioribus eminet*

Joalbi-

ptores. Ac habentur insuper apud *Henricum (b) Canisium* diversa veterum monumenta, quæ in civili etiam mediæ ætatis historia non parum subinde lucis præferunt; Hisque ante plures annos novum volumen (i) scriptorum aliquot, antea quidem jam publicatorum, sed seorsim & rariorum, *Culpsio* auctore, accessit. Novissime memoratis nobilissimis Germanicarum rerum collectoribus accenseri

Jacobini Vadiani Conf. Sangall. qui ob a. 1551. eruditissima commentatio de *Collegiis & Monast. Germ. Veteribus ut in regno Franc. & insecutorum Principum aliquot seculis habuerunt, l. II. &c.* Idem *Svevicarum rerum scriptores Veteres, res eorundem ab initio ad Maxim. I. tradentes, edidit Francof. 1605. in 4to.* Illud etiam opus, in quod tit. *Monarchia S. R. I.* varios, de auctoritate ac potestate Imperii contra Pontificiam, veterum ac recentiorum tractatus congescit, non exiguo in his usui esse poterit: editum illud fuit *III. Tom. Hanov. 1612. 13. & 14. f.* & iterum *Francof. 1621.* sed ordine immutato, ita ut qui tertius erat in priori edit, in altera illa primum constituat. In *Apologiis* denique pro *Henr. IV. Imp. adversus Gregor. VII.* quæ una cum *Replikat pro S. Cas. Maj. & Imp. Ordd. contra Gregor. VII.* edita fuit *Hanov. 1611. 4.* plures eorum temporum scriptores conjunctim habentur, quorum aliquos hinc inde jam indicavimus.

(b) *Noviomagum*, ac Prof. *Juris Can. in Acad. Ingolstadt. in Antiquarum lectionum tomis VI.* quod opus hodie rarissimum *Ingolst. a. 1601. 2. 3. & 4. in 4.* prodiit. In *tom. I.* potiora sunt: anonymus *Weingartensis de Guelfis Princip. Ejusd. Chron. a NC. ad a. 1197. Annales Henr. Steronis ab a. 1142. ad a. 1273. Annales Eberhardi Altabensis; Monachi Sangallensis historia Carol. M. Chron. Herm. Contracti &c.* Quæ in reliquis V. tomis habentur, maximam partem vitas sanctorum complectuntur & ad ecclesiast. historiam præcipue spectant. Vid. *Moreri Dictionaire histor.* voce *Canisius*, ubi, quæ in singulis tomis continentur scripta, ordine recenset.

(i) Qui subjuncti sunt *Anea Sylvis Historia Frider. III. Imp. a Culpsio*

cenferi meretur, cui ob fingularem in his studiis excellen-
tiam, ne de cætera Viri eruditionis magnitudine in præ-
fens dicam dudum aflurgit eruditus Orbis, illuftris
(k) *Leibnitius*; ac diligens pariter & eruditus Germaniæ
D 2 anti-

pifo procuratæ editioni, *Argentor. anno 1685. fol.* quos cum hinc
atque illinc jam annotaverimus, (præter *Martinum* vulgo *Polo-*
num dictum, Pœnitentiarium Pontificis, qui ob a. 1278. quo eo-
dem Archi-Ep. Gnefnensis a Nicolao III. creatus erat, & *Chronicon*
fcripfit de *summis Pontiff. & Impp.* usque ad *Clementem IV.* uti *Cul-*
pifana hæc habet editio, (quæ ex Colon. edita per *Job. Fabricium*
cogn. *Cæsarem*, Canon. *Galbac. a. 1616. fol.* expressa est, & in qua illa
de *Johanna Papiffa*, five fabula, five historia deest) seu, ut aliæ e-
ditt. *Bafil. Job. Oporini 1559. fol.* & *Plantin. Antwerp. Suffr. Petri 1574.*
8. usque ad *Joh. XXI.* qui ob. 1277. Est autem in *MSC.* quoque
Codd. magna diverfitas, multumque variant appendices, quæ
post annum illum 1277. adjectæ reperiuntur. Vid. post *Voff. l. 2 c. 60.*
Sagitt. hift. E. p. 68. *Lambec. Comment. de Bibl. Vindob. To. 2. l. 2. c. 8. p. 860.*
feqq. ubi de VIII. *MSC.* Codd. quæ in *Bibl. Cæs.* extant. prolixè a-
git; *Andrea* item *Presbyteri Ratisbon.* qui sub *Sigism. Imp.* vixit,
Chronicon de Ducibus Bavarie usque ad a. 1427. cum alterius presby-
teri *paralipomenis* ad a. 1486. quod editum primo fuit *Ambergæ 1602. 4.*
per *Freherum* cum brevibus ejusdem notis, quæ etiam hic additæ
reperiuntur) heic iterum recensere superfedemus.

(k) postquam *Accessionum Historicarum* titulo aliquot nondum
publicæ luci expositos mediæ ætatis fcriptores II. voll. nuper exhi-
buit, pluraque in posterum ejusmodi superiorum temporum mo-
numenta se daturum publicæ fidem fecit. In *priori vol. ed. Lips. 1688.*
4. sunt; *Chronographus Saxo* a N. C. ad 1188. decurrens; *Job. Vito Du-*
rani Chron. a *Frid. II. Imp.* ad a. 1277. *Gesta Treverorum*, quæ finiunt
in a. 1132. *Chronicon Holfatiæ vetus*, five, *Presbyteri Brem. Continuatio*
Chron. Slavorum Helmoldi ad a. 1448. quam tamen in fine, cum desi-
nat a. 1430. tum alibi passim mutilam esse annotat *Cl. Mollerus* in
præf.

antiquitatum scrutator, *Christianus Franc. [1] Paulini*. Præter hoc iustis voluminibus comprehensos scriptores, extant alii insignium quorundam Virorum opera seorsim editi, quorum aliqui plane inter illos non comparent, alii quidem inde decerpti, sed vel eruditis notis illustrati, vel Codicum meliorum emendationibus nitidiores effecti. In his illustris Germaniæ Historicorum sospitator & æternum Juliæ nostræ decus *Reinerus Reineccius*, primus post
Wii-

præf. *Isag. ad hist. Chers. Cimbr. præfixa edit. quæ adjuncta est Bibl. Sept. Erud. p. 41. add. id. p. 79. alter tomus ed. Hannov. 1698. 4.* continet *Alberici Monachi Trium fantium Chron.* in duas partes hic divisum, quarum prior ab O. C. ad a. 959 posterior inde ab a. 960. ad a. 1241. decurrit.

(1) In *Syntagmate rerum & antiquitatum Germaniæ*, quo varios *Annales & Chronica* e tenebris & sordibus primum eruta, suisque notis illustrata exhibet, quædam etiam a se contexta, veluti *Annales Iſenacenses*, aliasque dissertationes adjunxit. In illis *chronicon Huxariense*, contin. ad a. 1498. *chron. Mindense* post medium Sec. XV. confectum; *chron. Hildesheim.* ad a. 1573. &c. Edidit etiam *Cl. Paulini* passim alia ex variis monumentis a se concinnata utilissima scripta, veluti *Dissertationes historicas*, variorum *Monasteriorum* origines, antiquitates, &c. exhibentes, *Giessæ Hass. 1694. 4.* *Isibordi ab Amelunxen & Alex. de Insula*, *Monachorum Corbejæ Sax. brevitarium rerum memorabilium*, *Norib. 1686. 4.* *Theatrum illustrium Virorum Corbejæ Sax.* *Jena 1686. 4.* *Geographiam curiosam seu Commentarium de Pagis Germ. antiqua cui Vicam b. Wälgeri*, *Com. Hereford. in Westph. ultimi; historiam collegii Virg. Viabecensis*, *dioc. olim Mindens.* & *antiquitates pagorum & comitatum Principatus Anhalt.* *Cl. Knautii* adjunxit. Paratque adhuc plura, cujus catalogum a *Cl. Auctore* sibi communicatum exhibet *Auctor der Monatl. Mus. Jüge* *Mense Jan. h. a.*

Witichindi (m) *Annales* & *Helmoldi* (n) *Chronicon*, e manuscriptis Codicibus typis evulgavit *Annales* (o) *Poetae Saxonis*, Arnulpho æqualis, & antiquissimi inter illos scriptoris; *Ditmarum* (p) Episcopum *Mersburg*, qui primus ex Germaniæ optimatibus historiæ patriæ scribendæ manum admovit; *Albertum* (q) Abbatem *Cœnobii Stadenfis*, adpersis hinc inde eruditis notis; *Monachum*

D 3

(r) Pe-

[m] *Monachi Corbej*, qui *Hevr. Aus. & Ottonis I. res gestas* accurate & summa cum fide explicuit, æqualis eorum & omnium fere oculatus testis; cujus annales *Basilea* primum per *Martinum Frechtium Theol. Svævum* a. 1532. editos altera vice recudi fecit *Reineccius Francosf.* 1578. cui tertia proavi mei *idid.* 1621. successit editio, ope *MSC.* codicis correctior, & pluribus ejus notis illustrata.

(n) quod post primam a *Sigism. Schorckelio* 1556. *Francosf. in 4.* publicatam editionem *Reineccii* studio produit *ibid.* 1581. fol.

(o) de *Gestis Caroli M. Imp. l. V.* quem *Paderborn.* fuisse arbitratur Autor *Monum. Pad.* p. 47. v. B. *Parens* in *Intr. ad H. Sax. l. p. 92.* editus autem a *Reineccio* fuit cum amplissimis ejusdem notis *Helmst.* 1594. 4. & insertus est etiam a *Culpsio* volumini sæpius jam dicto, sed notis illis destitutus.

(p) cujus *VII.* extant *Chron. libri*, quibus *Henrici I. Ottonum I. II. III. & Henr. II.* res gestas complexus est; nèque tamen ulterius quam ad a. 1017. pertingit, insequenti mortuus. Addidit autem *Reineccius* edit. suæ *Francosf.* 1580. fol. expositum de *Ditmari vita & genere*, a se contextam, ac in fine insuper, post *diff. de primis Misniae Marchionibus*, alterius *antistiti* cujusdam *Mersburg* vitam *Ditmari* subjunxit.

(q) Cujus *Chronicon* ab *O. C.* ad a. 1256. deductum ex *Bibl. Rantzov.* edidit *Helmst.* 1587. 4. cum *appendice* familiarum quarundam *genealogica*; quæ editio iterata fuit *Wirteb.* a. 1608. 4. & eandem inseruit *Culpsius* corpori scriptorum sæpius memorato. vid. de *Alberto*

* (30) *

(r) *Pegaviensem*, aliaque. *Henricus* autem *Bangertus* præ clara Slavicae historiae conditorum *Helmoldi* (s) & *Arnoldi* publicatione, additis exquisitæ doctrinae notis maxime eruditi orbis applausum meruit. Horum diligentiam æmulatus *Job. Joach. Maderus*, antiquitatum Germaniæ indagator industrius, aliquot mediæ ætatis scriptoribus, *Diimaro* (t) *Mersburgensi*, *Adamo* (u) *Bremensi*, *Theodorico*

Berto *B. Parensi* in intr. ad *H. Sax.* inf. p. 99. seq. *Moller.* in introd. ad *bist. Cberfon.* Cimbr. p. 81. seq.

(r) Sive *historiam* ejusdem *de vita & reb. gesiù Viperti March. Lusatie Burggr. Magd. Comitù Groicens.* ab a. 1040. ad a. 1124. situm autem fuit oppidum *Pegau* tribus a *Lipsia* milliariibus ad *Elfram fl.* & e regione ejus *Groiza Topogr. Sax. sup. p. 149.* Adjunxit insuper *Reineccius historiam de bellis Frid. M. seu Admors Langr. Thur. &c.* auct. *Job. Garzone Bononiens.*

(r) *Presbyteri Bosoviensis, sec. XII.* qui *chronicon Slavorum* ab ævo Carolino ad a. 1168. *librù II.* pertexit, quod in *Derelictorum illius supplemento librù VI.* ab a. 1171. ad a. 1209. continuavit *Arnoldus Abbas Lubec.* quorum novissima editio *Bangertiana*, quam doctiss. *Mollerus*, qui in sæpius laudata *introd. p. 70. & seqq.* pluribus de his auctoribus agit, ceu *exemplar luculentum omnibus Scriptores avi sequiorù Historicos, qua par est, industria illustraturis* commendat, *impr. Lubeca 1659. in 4.*

(r) Cujus editio *Maderiana* prodiit *Helmst. 1667. 4.* sed ex imperfecto exemplari *Reinecciano* expressa.

(u) *Canonico*, qui *historiam Ecclesiasticam* de religione ex *Hamburg.* potissimum & *Brem. Ecclesiis* per vicina septemtrionis loca propagata *IV. librù* a *Car. M.* ad a. 1072. multa diligentia conscripsit. Novissima ejus per *Maderum* procurata editio, cum nova 24. diplomatum & aliorum documentorum *Adamum illustrantium*

* (31) *

dorica (w) Engelbusio, Chronico (x) Montissereni seu
Lauterbergense, Gervasio (y) Tilberienfi, Antiquitatibus (z)
Brunsvicensibus, aliisque, vel primum evulgatis vel de-
nuo recensitis utilissimam patriæ operam impendit. Il-
lum

tium appendice. excusa est *Helmst.* ad. 1670. 4. vid. de Ad. B. Parens
Intr. ad hist. Sax. inf. p. 70. f. Moller. Intr. cit. p. 64. seqq.

(w) Eimbecensis & Presbytero monasterii in Wittenborch,
(vid. præf. Maderi 2. edit. *Antiquitatum* ejusdem *Brunsv.* præmissa)
cujus *Chronicon*, continens *res Ecclesiæ & reip.* de quo partem an-
tea dederat, integrum ab O. C. ad a. Chr. 1420. edidit *Helmsted.*
1671. 410.

(x) Cœnobii B. Petri diocœseos Magdeb. non procul ab Hala
in monte siti, vulgo Petersberg/ ab a. 1124. ad a. 1225. quod Proavo
meo a *Frebero* a. 1600. edendum datum, a. 1665. demum ex exem-
plari Proavi manu descripto a *Madero Helmst.* in 4. editum fuit, ad-
junctis etiam aliis quibusdam ad historiam Sax. facientibus, vel-
uti *Chron. Monasterii Gozetensis*, quod infra Naumburgum ad Salam
fl. ponit *Spangemb.* ab a. 1041. ad a. 1135. cujus tantum *excerptum* *Rei-
neccius Witichindo* suo adjunxerat; *Chronico Monasterii Pegaviens.*
quod *mannachi Pegav.* modo dicti & simul continuatoris ejus,
quem addere noluit *Reineccius*, epitome ab a. 1040. ad 1212. *Fun-
dationibus Monaster. Germ.* per Anonymum Monachum Bened.
collectis.

(y) Arelat. Regni Mareschallo, de *Imperio Romano* &c. quam
commentationem ex *otio* ipsius *Imperialibus* ad Ottonem IV. Imp.
primum edidit *Helmst.* 1673. 4. adjunctis aliquot *Caroli IV. epistolis*,
& Anonymi *Compilatione chronol. a Car. M.* ad a. 1410.

(z) Quibus varia monumenta ad *Sereniss. & Pontentiff. Do-
mum Brunf. Lun.* pertinentia collegit, inter quæ *Anonimi*,
qui vixit a 1280. *Chronicon Ducum Brunsv. Diplomata XII. Imp. & Du-
cum Brunsv.* aliaque plura; editæ vero illæ sunt cum *appendice*
complurium monumentorum altera vice *Helmst.* 1678. 4.

(a) Opus

lum etiam omnium Germanicorum scriptorum vetustis-
simum *Eginhardum*, qui Caroli M. vitam dictionis ultra
ævum puritate atque elegantia composuit, doctis animad-
versionibus illustratum post alios separatim reduci fecit
Frider. (a) *Besselius*: *Guntherum* (b) autem, cui *Friderici I.*
Imp. res gestas carmine, supra quam seculum ejus tulit,
eleganti descriptas debemus, post *Jacobum Spigelium* lucu-
lentiis notis nitidiorum reddidit elegantissimæ doctrinæ
Jctus Contr. Rittershusius. Neque dictis voluminibus
comprehensum habetur *Conradi* (c) *Abbatis Urspergensis*
Chroni-

(a) Opus illud *Eginhardi*, Franci Orientalis & ex nemore
Ottonio oriundi, qui Caroli Capellanus seu Cancellarius primo,
dein Monachus & Abbas Salingenstadiensis fuit, post primam
Hermani Comitis Nuernarii editionem *Colon. 1521*, aliasque quas
passim indicavimus, ultimo loco memoratus *Besselius* publica-
vit *Helmst. 1667. 4.* vid. de *Eginh. post alios B. parens Intr. ad hist. Sax.*
inf. p. 89. seqq.

(b) Monachum *Elnonensem Belgam*, cujus de *rebus gestis Imp.*
Cas. Frid. I. præcipue tamen *Italicis, libri X.* superstite adhuc
Imp. confecti exstant; vocatur autem opus illud ab auctore
Ligurinus, propterea quod *Friderico* in primis negotium fuit cum
Mediolano urbe, Ligurum Metropoli; ac secutus fuit filium
Otonis Frising. & continuatoris ejus *Radevici*. Publicavit vero
Guntherum, qui a *Conrado Celte* in monasterio *Franconiæ* reper-
tus erat, post primam edit. *augustanam 1507.* & alteram cum eru-
ditis scholiis *Spigelii*, quæ *Reubero* inserta, *Rittershusius*, quinque
editionibus inter se collatis plurimis in locis restitutum, cum
elegantibus notis *Tubingæ 1589. 8.* Conf. de hoc Scriptore præfatio
ejusdem *ad lect.* huic editioni præmissa.

(c) *A Lichtenau*, cænobii *Ursperg.* in diœcesi *Augustana*,
abba-

Chronicon aliaque adhuc quædam veteris ævi reliquæ, quæ harum rerum curiosorum oculis subinde se offerent.

Posteaquam vero historica studia, eodem cum ceteris artibus ac disciplinis fato involuta, paulatim iterum caput efferre cœperunt, haud pauci inter recentiores ipsi ad Germanicas mediæ ævi res describendas se contulerunt. In quibus ex seculo XV. primus occurrit *Aneas (d) Sylvius*, qui, Italus quamvis natione, magnam sibi Germanicarum rerum notitiam comparavit, quam varia ejus historici argumenti scripta partim ostendunt, licet partium forte studio alicubi saltem ab exactæ fidei & veritatis tramite eum deflectere, quibusdam inculari videam. Circa idem tem-

E

pus

abbatis, cujus, a. 1240. mortui, *Chronicon* a Belo primo Assyri. Rege ad a. Chr. 1229. decurrit; editum autem fuit sæpius, & novissime cum *Reginone* & *Lamberto Schafnab.* Argent. 1609. fol. habetque etiam adjecta *Paralipomena rerum memorabilium* ab a. 1230. ad a. 1537. quæ editioni anni ejusdem primum addiderat, omisso tamen nomine, *Casp. Hedio.*

(d) Piccolomineus, patria Senensis ibidemque Episcopus, ac inter Pontifices demum a. 1458. Pii II. nomine clarus, qui ob a. 1464. functus autem primo in Concilio Basileensi Scribæ muneris, Friderico I. deinceps Imp. ab epistolis fuit, qua occasione satis luculentam rerum nostrarum notitiam sibi comparare potuit. Potiora ab ipso consignata, quæ huc spectant, opuscula sunt, *Germania, Hist. Bohemica, Epistola variaz, vita Friderici III. Imp. de qua infra, aliaque, quæ præter Frid. vitam conjunctim prodierunt Basilea 1571. fol. & nuper etiam opera ejusdem Geographica & historica hic loci recusa sunt in 4. add. a nobis dictis Culpis. Diss. de studio Jur. publ. pag. 7. ff. Commentariorum etiam Pii II. P. M. qui Job. Gobelini, Vicarii Bonaventis, & dicto Pontifici olim a secretis,*
nomen

pus *Job.* (e) *Trithemii* eximium in rebus Germanicis studium & industria enituit, quamvis a crassiori quandoque oscitantia & nimia scribendi securitate absolvere eundem minime liceat. Habetque *Job.* (f) *Naucleri* in Chronico suo, cui in ordinem redigendo *Melanchthon* operam impendit, inter plurima vulgaria aliqua interdum in rebus domesticis aliis indicta. *Alberti* (g) quoque *Crantzii* magnum in historia Germanica nomen est, & sane ut erat multæ doctrinæ, excellentis ingenii & accurati iudicii, ita opera ejus & diligentia in septentrionis inprimum nomen præferunt, & quæcunque temporibus ejus toto terrarum orbe ab a. 1438. ad a. 1464. contigerunt, compescuntur, aliqui ipsum *Sylvium* auctorem credunt, quod, tradente *Bellarmino de script. Eccl. extant. MS. commentaria eodem sub nomine Pii II. & stylus videatur esse idem in hoc opere & in aliis ejusdem auctoris.*

(e) Abbatis primum *Spanheim.* post *Herbipol.* qui ob a. 1516. Eminent autem in operibus ejus *historiis*, II. partibus a *Frebero Franckof.* a. 1601. fol. editis, *Chron. Cænobii Hirsaugiensis* Diœc. Spir. ab a. 830. ad a. 1370, & *Chron. Cænobii Spanheim.* Diœc. Mogunt. ab a. 1124. ad a. 1511. quæ duo Chronica cum *epistolis* ejusdem alteram operis partem absolvunt.

[f] Nobilis *Suevus*, ac primus *Tubing. Acad. Rector*, qui græcum *Naucleri* nomen sibi adscivit, cum antea, quod filius esset *Joh. Bergenti* (id nautum notat,) vulgo *Bergenthanß* diceretur. Constat vero Chronicon ejusdem 2. vol. quorum prius generat. habet 72. ab Adamo ad Chr. posterius 51. ab O. C. ad a. 1500. cui insuper *appendicem XIV. ann.* adjecit *Nicol. Basilius*, monachus *Hirsaug.* ed. *Tub.* 1516. & *Colon.* 1544. *Laur. Surii* etiam postea *paralipomena* addidit usque ad a. 1564. quo illud de novo recensum, prodiitque hæc *Surii* opera etiam separatim, de qua inferius.

(g) In Acad. primum *Rostoch. Theol. ac Juris Canon. D. & Professoris*, ac postea *Hamburg. Ecclesiæ Decani*, qui ob a. 1517. Ex-
tant

inprimis universi & Saxoniae rebus nunquam satis laudari potest, quanquam ita laudanda, ut in antiquioribus & a sua aetate longius remotis non nude *Crantzium* sequi sed ad ipsos fontes, unde *Crantziani* rivuli dimanarunt, examinare debeamus. Cætarum omnium, etiam Germanicorum historiam *Johanni (b) Cuspiniano* egregio & multæ prudentiæ opere perscriptam debemus. Ex *Hug-*

tant varia ejus scripta, quibus Germanicas res ab antiquissimis temporibus ad sec. XVI. initium, magna libertate & veritatis amore completi ac illustrare aggressus est; veluti sunt *Saxonia*, in qua civilem gentis historiam usque ad a. 1501. libris XIII. exposuit; quæ post *Colon.* editiones cum proluxa *Nicol. Cisneri* præf. prodiit *Francof.* a. 1575. 8. & 1621. fol. *Metropolis*, qua historiam Sax. ecclesiasticam ab a. 780. ad a. 1504. *Libris XII.* tradere conatus est; ed. sæpius *Basilee, Colon.* & denique *Francof.* cum præf. *Job. Wolfii* 7C. 1575. 90. & 1627. fol. *Wandalia*, in qua Vandalorum historiam a prima origine ad a. 1500. deduxit; ed. *Colon. & Francof.* ac ultimo loco *Hanov. 1619. fol.* *Chronica Regnorum Aquilonarium Danie, Svecie, Norvegie,* excusa *Francof.* cum præf. *Job. Wolfii* Conf. Bad. 1575. & 1583. fol. Vid. prolixius de *Crantzio* & variis ejusdem operum editionibus, etiam Germanicis, differentem Cl. *Mollerum* *Introd. in histor. Chersf. Cimbr. p. 94. & pluribus seq. add. B. parens* *Introd. in hist. Sax. Inf. p. 72. & p. 104.*

(b) Alias *Spießhamer* / Poëtæ & Medico, ac postmodum Consiliario & Oratori Max. Imp. itemq; Senatus Vindobon. & Biblioth. Cæs. Præfecto, qui ob. a. 1529. Vid. *Lambec. Comm. de Bibl. Cæs. l. 1. p. 32. & l. 2. p. 1011. & seq.* ubi epitaphium ejusdem. Perduxit autem hoc de *Cæs. & Imp. Romanis* opus, quo cum occidentis tum orientis, Turcicos etiam complexus est, a Julio Cæs. usq; ad Max. I. excessum; fuitque sane ad illud scribendum maximis instructus libidinis, Austriacis usus tabulariis, & antiquitatis indagator solertissimus, quamvis stylus prudentiæ haud æque respondeat. Ed. fuit post mortem

waldi (i) autem Mutii libris plura quidem haud cō-
tēnenda haurire licet, ex veterum scriptis eruta, uti ta-
men accuratiorem passim requiras delectum, ita ipsius
auctoritate nimium confisos erroribus haud raro involvi
neceffe est. Caspar vero (k) *Bruschius*, & hoc multum tem-
pore posterior *Gabriel* [l] *Bucelinus*, haud vulgaris dili-
gentiæ & in rebus Germanicis peritiæ laudem editis in his
monumentis consecuti sunt. Et denique ad hujus mediæ
ætatis rerum, sub Germanis Imperatoribus in Italia ge-

starum
auctoris primo *Argent. 1540. in f.* & iterum cum *annotat. Wolfg. Hun-*
geri, Francof. a. 1601. f.

(i) Quod verum *Mutii* prænomen esse, non *Huldērici*, civis e-
jus *Goldastus* tradit *de Regno Bob. l. 2. c. 2. §. 14.* fuit quippe ex Tur-
govia Helvetiorum oriundus, & *Basil. Gymnasii Profess.* ac de
Germanorum prima origine, moribus, institutis legibus & memorabilibus
pace & bello gestis, libros 31. secundum annorum fere ordinem scripsit,
ed. *Basil. 1539.* & in *To. II. Script. Germ. a Pistorio* relatos.

(k) *Egranus*, Poëta laureatus & Comes *Palat.* qui ob. a. 1559.
æt. 41. nec male de *Episcopatum & monasteriorum Germaniæ*
historia meritus est, edito singulari libro, *magni operis de omnibus*
Germaniæ Episcopatibus epitome, & cujus *prima pars*, quæ typis solum
edita, continet *annales Archi-Episcopatus Mogunt.* & 12. *Epi-*
scopatuum eidem suffraganeorum, itemque Bamberg. Norimb. 1549.
3. *relata etiam in Chronici Chron. Ecclesiastici To. I. Chronologia i-*
tem Monasteriorum Germaniæ præcipuorum ac maxime illustrium,
Centuria I. tres enim adhuc promiserat, ed. Ingolst. 1551. fol. & recu-
sa Sulzbaci 1682. 4. Extant insuper ejusdem de *Laureato & Pata-*
vio Germanico libri II. ed. *Basil. 1553. 8.* Quamvis autem *Viri* hujus
conatus admodum sint probandi, plura tamen in libris his majori
adhuc indigere indagatone, alicubi etiam censuram mereri,
facile intelligentibus patebit.

(l) *Imper. monasterii Weingart. monachus* & haud vulgari
doctrina conspicuus, licet majorem in colligendo accuratorem
aliqui

starum, intelligentiam optime ducet diligentissimus rerum Italicarum scriptor *Carolus (m) Sigonius*, quanquam Germanicæ nationi, ejusque in Italia juribus subinde iniquum dudum rerum peritiprehenderint.

Inter particularium rerum publicarum, quibus Germania distinguitur, scriptores, quorum aliqui inferius nobis dicentur, duo hic maxime locum inveniunt, quod non tam particularis reipubl. quas titulo promittunt, quam totius Imperii res illustrent, adque universæ historiæ Germanicæ contextum viam quali muniant. Eminent in illis *Christ. Lehmanni (n) Chronicon Spirense*, in quo Vir re-

E 3

rum

aliqui in eo desiderent, eumque in historia perquam audacem; neg, certis & antiquis testimoniis suffulcum qualibet narrantem, sed ex affectu animi huc illud flexo, nec prout gesta sunt res, sed ut geri potuerunt, prehenderit *Conring. Cens. diplom. Lud. c. 10, p. 177.* Clarum autem in primis sibi peperit nomen *Germania Topo-Chrono-Stemmatographica, Sacra & profana*, ed. Aug. Vindel. 1655. 1662. III. Tomis fol. Rhætia Sac. & Profana, *Topo-Chrono-Stemmatographica*, ed. Aug. Vindel. 1666. 4. *Constantia Rbenana Sacra & profana*, itidem tripartita, sive *Topo-Chrono-Stemmatographica*, ed. Francof. 1667. 4.

(m) Mutinensis, qui Venetiis, Patavii & Bononiæ literas elegantiores docuit, & ob. a. 1585. cujus *Historiarum de Regno Italia libri 20.* quos ab obitu Justiniani Imp. sive a. 565. ad Rud. I. Imp. a. 1286. perduxit, a quo plenam Italici libertatem venditam, adeoque regnum Italiæ concidisse existimat, multo judicio & labore conscripti, ob plura singularia & haud alibi occurrentia, quodque subsidia ad opus illud elaborandum ex publicis Italiæ tabulariis auctor comparata habuerit, omnino in pretio haberi debent.

(n) Neutiquam ex titulo æstimandum, qui multum infra dignitatem est præclari operis, cujus diligenti lectioni magnam peri-

rum Germanicarum peritissimus pleraque Imperii nostri usque ad Maximiliani I. tempora ex idoneis scriptoribus ipsisque fontibus, in recentioribus etiam ex publicis tabulariis desumpta, diligentissime est profecutus; ut adeo pretium hinc & auctoritatem, quam apud rerum intelligentes dudum obtinuit insignem, ex merito opus istud sit consecutum. Eodem ferè numero haberi debent *Joh. Aventini* (o) *Annales Bojorum*, opus ob judicium, scribendi libertatem & subsidia ex Archivis, quibus auctor instructus fuit, maxime commendandum, quamvis in antiquioribus, ut nimiam fabularum commentis quandoque fidem adhiberet, non satis sibi cavisse appareat.

Ab universalis historiae scriptoribus, compendiaria, fere via incedentibus non adeo multum accuratioris notitiae

peritiae suae in rebus Germanicis partem se debere in *Præf. Lampadio* præmissa profitetur *Conringius*; quamvis, cum in rebus recentioribus inæstimabilis sit, ubi ex Archivis scriptionis suae fundamenta desumfit, in vetustioribus tamen, & ista præsertim periodo, qua res Germanicæ cum Francis sunt permixtae, aliquos eidem errores obrepisse annotet *Culpis. diss. de studio Jur. publ. p. 6. seq.* Editum fuit primo *Francos. 1612. fol.* & recusum *ibid. in 4. maj.* ita ut utriusque edit. paginae sibi respondeant, novissime autem, magnam auctum per *Joh. Melib. Suchs.* qui Spirensi Civitati ante excidium ejus a secretis & Archivis fuerat. *Francos. 1693. fol.*

(o) I. VII. quibus usque ad a. 1460. productis non tantum res ad Bavaros spectantes quam totius Imperii attingit, & merito suo inter diligentissimos ac peritissimos rerum German. auctores haberi debet; quanquam, quod Pontificum & clericorum mores & viia acrius alicubi perstringat, causa ejus patroni fidem ejus subinde

ritiæ in rebus Germanicis sperare licet; meretur tamen quod *Carionis* (p) nomen præfert, a *Melanchibone* & *Peucero* emendatum & auctum *Chronicon*, ob annotatas magno iudicio & diligentia res Ecclesiæ & Germaniæ, præ ceteris laudari: Neque *Job.* (q) *Cluverus* in sua epitome indiligenter res Germaniæ persecutus est; ac eodem

inde suspectam reddere conentur; vid. *Dieffenb. de mortis genere Henr. VII. sect. I. §. 29. p. 72. seqq.* Optimum etiam illud institutum est, quod auctores e quibus sua muratus, proponat, licet non pauci tamen ex illis, quos adducit, hodie non amplius reperiantur. Prima post mortem demum Auctoris, quæ contigit a. 1534. horum annalium editio procurata fuit per *Hieron. Zieglerum* l. golst. 1554. quæ optima est, & cui commendationem de vita *Aventini* cum epistolis quorundam præmisit; quam excepit *Basileensis* per *Nicol. Cluverum* 1580. f. exstatque etiam per eundem procurata Germanicæ libri versio quæ ipsum *Aventinum* auctorem habet.

(p) *Johannis*, qui primum in Acad. Francof. Matheseos Prof. post in aula El. Brand. Berolini egit; ibidemque a. 1538. decessit. *Chronicon* autem illud ab ipso Germanico idiomate contextum; & ab *Herm. Bonno* Past. Lubec. latinitate donatum, a *Phil. Melanchibone* postrecognitum & emendatum *Caspar. Peucerus*, Med. & Math. Witt. summæque eruditionis & prudentiæ Vir, ac *Melanchib. gener.* qui ob. a. 1602. inde a Car. M. temporibus usque ad *Max. I. excessum*, sive a. 1519. *tertia parte* sive 4to & 5to libris summa dexteritate continuavit & perfecit, retenta tamen *Carionis* nomine, cum potius *Cario* sive *Philippo-Peucertianum* appellari deberet Edd. potiores sunt *Witteb. in fol. a. 1572. & Franc. 1594. 8. maj. Add. de Chron. hoc Sagitt. Intr. in H. E. p. 96. ff.*

(q) *Crempa Dithmarsus*, in Acad. Sorana primum Theol. Prof. & postea *Dithmarsie* Regiæ Superintendens, qui ob. a. 1633. *Epitome* ejus *Histor. totius mundi*, quam multa dictionis elegantia usque ad a. 1630. deduxerat, postmodum ad a. 1653. & iterum ad a. 1667. conti-

dem frequentissime digitum intendit *Joh. Ludovicus Gottfried* in (r) Chronico suo multa industria & Germanico idiomate non ineleganter conscripto.

Præter hos latius plerumque plurimorum seculorum spatium emensos Scriptores, nec detuerunt Viri in temporum memoriis apprime versati, qui peculiaribus argumentis, vel singulorum aut quorundam Imperatorum Germanicorum historiam, vel alias quasdam mediæ hujus ætatis particulas sibi excolendas & illustrandas sumserunt, quos singulos recensere nec temporis angustia permittit, nec adeo opus esse existimo. Principe autem loco in ferie Germanicorum Cæsarum seculi decimi hic iterum nobis laudandus *Bæclerus*; & qui singularem quorundam Saxonice gentis Imperatorum historie industriam impendit *Joh. Conradus* (s) *Dieterichius*. Quorum pariter, & subsequenitium ad interregnum usque ad catalogum, erudita

continuata fuit. Edd. ultimæ VII. & VIII. *Amstel. 1662. & 1668. 4r. & quæ inde expressæ Wraisl. 1662. & 1673. 4r. prodierunt.*

(r) quod usque ad a. 1619. decurrit, & in quo, judicio haud vulgari conscripto, & iconibus elegantibus distincto, ad communem usum satis luculentum plerumque se exhibet Auctor; ed. primo *Francof. 1644. 4r. quæ editio postmodum in forma majori repetita est, & novissime. a. 1674.*

(s) *Buzbaco-Wetteravus, Græcæ L. & Hist. in Acad. Marburg. & postea Gießena Profess. qui ob. 1667. Historia vero Imp. German. & ex familia Saxon. Henrici I. Ottonis I. II. III. & Henrici II. ab ipso conscripta prodit Gießæ Hass. 1666. 4r. extatque, præter alia ab eo edita scripta, quæ hic memorari non attinet, Breviarium ejusdem *Hist. IV. summorum Imper. historiam continens, ed. ibid. a. 1663. 8r.**

dita, qua Francicos occæperat brevitare pertexere continnavit Cl. (t) *Wagenfeilius*. Illos denique, qui ex Austriaca domo oriundi, a Rudolpho ad Maximilianum I. Germanico Imperio præfuerunt, in *Speculo* (u) *honoris Austriaco* Comes *Fuggerus* & *Sigism. Betulius*; ac cum ceteris Austriacæ gentis Principibus, ad Carolum V. usque in Annalibus, prudenter & multa gravitate conscriptis, *Gerhardus de* [w] *Roo* literis & posteritati tradiderunt.

Inter eos, qui sigillatim Imperatorum quorundam res uberius explicandas susceperunt, princeps *Nicolaus* (x) *Burgundius* in Ludovici IV. Imp. historia, prudentiæ laude nulli veterum secundus, fide insuper ac scribendi libertate maxime eminens; ac pro eodem, publicis æque ac Burgundius auspiciis, contra *Bzovii* calumnias insignem edidit

F

(t) In dissertat. exhibente *Catalogum Imp. qui post Francicos ad interregnum usque Imperio Germ. præfuerunt*, ed. *Altorph. 1676. 4.*

(u) Quod sex Imp. Austriacæ gentis historiam complectens primum a *Job. Jac. Fuggero* Imp. Caroli V. & Ferd. I. Consil. a. 1570. defuncto, summa fide & diligentia collectum & vernaculo sermone a. 1555. conscriptum, sed nitidiori postea stylo ac magna accessione luculentius, & secundum temporum seriem magis convenienter dispositum, magna industria elaboravit & additis elegantibus iconibus edidit *Sigism. Betulius* sive a *Bircken* Comes Pal. Cæs. (qui ob. 1687.) *Norimb. 1668. fol.*

(w) *Veteraquinas Batavus*, ac Ferdin. Archid. Austr. Bibliothecarius, cujus *Annales rerum ab Austriacis Habsburgica gentis Principibus ad Rud. I. usque ad Car. V. gestarum L. XII.* post mortem auctoris typis edi curavit *Conr. Decius a Weydenberg* ejusdem Ferd. Secretarius *Oeniponti 1592. fol.*

(x) *JC. Max. Ducis* & postea *El. Bav. Consil.* & in *Acad. Ingolst.*

edidit librum apologeticum *Joh. Georgius (y) Hermar-
tius*. Rudolphi I. Imp. vitam & res gestas sub examen
vocavit (z) *Bæclerus*; ac in Henrici VII. excessum &
verum mortis genus erudita dissertatione nuper admodum
inquisivit *Mart. (a) Dieffenbachius*. A Gunthero autem
Schwartzburgico acta peculiari discursu historico illustra-
vit plurimis aliis scriptis de publico meritisimus *Abasve-
rus (b) Fritschius*; rerumque Friderici III. ab *Aenea Syl-
vio*

golst. Cod. Prof. cujus *historia Bavarica*, sive Lud. IV. Imp. publicis
ejus Principis auspiciis edita fuit *Ingolst. 1636. 4.* & postea ob exem-
plarium penuriam in Belgio recusa; quæque egregio, ad quod
attendant, vitas Cæsarum descripturis exemplo esse poterit.

(y) *Ab Hohenburg*, ejusdem Max. Consil. & Ordinum Cancell.
qui jussu Principis sui, pro Lud. IV. Imp. defensione (cujus fa-
mam & gloriam contra Pontificem Joh. XXII. jam ex antiquiori-
bus præclare asseruerunt *Dantes Aligerius, Florent. Marsilius Petavi-
nus & Guil. Occamus*) in *Bzovium* Polonum, qui eundem in Anna-
libus suis *Baronio* succenturiatis *To. 2.* acerbius tractaverat, acriter
vehementerque calamum strinxit; qui liber sit. *Ludov. IV. Imp. de-
fensus, Bzovius injuriarum postulator, prodiit Monachi 1618. 4.*

[z] Sive eodem Præfide *Joh. Seb. Gambsius* tit. *Rudolphus I. Imp. Ger-
manie insaurator*, ed. *Argent. 1672. 4.*

[a] Ecclesiastes jam in patria *Francofurto*, cujus diss. *de vero
mortis genere, ex quo Henr. VII. Imp. obiit*, prodiit *ibid. 1685. 4.* in qua,
adductis veterum pariter & recentiorum locis, ac confutatis di-
versum sentientium argumentis, veritatem ejus, quo sacra cena
usus Imp. à Monacho *Domin. qui calicem & hostiam veneno in-
fecerit, necatus traditur, doctè propugnat.*

(b) Cancell. *Schwartzburg*, cujus *Guntberus Schwartzb. Imp.
Rom. discursu histor. breviter exhibitus*, typis editus fuit *Lipsiæ, Je-
na, Rudelst. a. 1677, in 4to.* additis aliquot ex *Archivo depromtis
monumentis.*

(c) Quæ

* (43) *

vio scripta historia, (c) cujus editionem operi immortuus paraverat *Bæclerus*, pluribus demum post obitum viri annis, opem ferente illustri *Culpifio*, publicam lucem vidit.

Alii denique ad varias Germanicæ ac mediæ historiæ partes studium suum atque industriam contulerunt. In his *Paulus* (d) *Hachenbergius* non quidem præcipue rerum gestarum historiam quam varias mediolorum antiquitates excusit, non exiguum tamen inde universæ gentis historiæ lumen accendi facile omnibus.

F 2

liqu-

(c) Quæ ex MS. optimæ notæ a *Bæclero* edita, cum *Specimine annotationum* ejusdem, quas morte a. 1673. præventus absolvere haud potuerat, variisque diplomatis & documentis illius temporis statum illustrantibus, figuris item, imaginibus & nummis, quæ omnia *Bæcl.* ad edit. hanc collegerat, prodiit *Argent. 1685. fol.* opera *Culpifii*, cujus de instituto hujus edit. & satis præfatio operi præmissa est. Non autem integram *Frid.* historiam absolvit *Aneas*, sed in motibus Hungaricis, s. a. 1458. quo ipso ad Pontificiam sedem evehctus fuit, subsistit, neque eandem nisi a Coronatione Italica & matrimonio quæsito, s. anno Imp. XI. repetit, præmissis tamen aliis, veluti descriptione *Austriæ*, de rebus gestis *Fridericorum* & satis *Svevicorum Cæss.* vid. *Bæcl. in annot. n. 1. pag. 121.* Extat etiam in b. Parentis Bibliotheca exemplar MS. tit. *Historia Australis*, in quo variis in locis quædam aliter & correctius subinde leguntur atque hic ex *Bæcleriano* MS. expressa sunt.

(d) *Confil. El. Pal. & in Acad. Heidel. Eloqu. & Hist. Prof.* qui doctissimo *Germania mediæ* opere XII. diss. res mediolorum Seculorum, quæ a *Trajano* ad *Max. I.* fluxerunt, accurate recensuit, quod opus ad mediæ ævi scriptores & ipsas res gestas rectius intelligendas plurimo poterit esse adjumento. ed. primo *Heidelb. 1675.* & iterum *Jena 1686. 4.*

(e) Vid.

liquere arbitror. *Hermannii* autem (e) *Conringi* nostri varia de rebus Germanicis ad æternitatem victura monumenta, ob diffusam Viri & fere incomparabilem in media antiquitate peritiam, primo loco dicenda fuissent, nisi omnia notoria essent, quam ut commendatione ulla indigeant. Neque silentio præterire possum *Casparem* (f) *Sagittarium*, meritis in historiam Germanicam, quam plurimis iisque elegantibus dissertationibus illustravit, clarissimum; ac, qui etiamnum inter Germanos antiquum historię & elegantioris doctrinę decus in paucis decore sustinet, *Conrad. Samuelem* (g) *Schurtz fleischium*.

Illud quoque cum peritis rerum abunde constet, quantum momenti ad historię fidem & rerum interiora noscenda afferat ipsas cognitatas habere ac inspexisse Actorum, diplomatum ac documentorum publicorum tabulas, quę archivorum fere claustris detentę privatis rarius patent, excel-

(e) Vid. omnium ad eodem Scriptorum index præmissus *I. Epistolarum Syntagmatibus* editis *Helmst. 1694. 4.*

(f) *Lunenburg* & a. 1694. defunctum, cujus longe diligentissimi Viri varia in extant de rebus Germanicis in *Acad. Jenensi* edita scripta & dissertationes; Potiora sunt Antiquitates *Regni Thuring. Antiqu. Gentilium & Christ. Thuring. Antiqu. Ducatus Thuring. Hist. Bardevici; Goslariensis; Halberstadensis; Lubecensis; de Origine & incrementis Lunenburgi; de Orig. & incr. Brunsvici, Orig. Ducum Br. Luneb. Antiqu. Archi-Ep. Magdeb. Hist. Marchionum & El. Brandenburg. Hist. Marchie Soltwedel. Hist. Principum Anhalt. Goibana, &c. vid. Catalogus Scriptorum ab eo olim editorum & ab eodem edendorum, impr. Jene 1694. 4.*

(g) Cujus *Disputationes histor. Civiles*, varii argumenti, uno spisso volumine conjunctę prodierunt *Lips. 1699. 4.*

excellenter publicæ rei præstiterunt operam, qui acta ejusmodi ex publicis tabulariis, vel illustrium ac doctorum Virorum scriniis primum protraxerunt, vel aliunde collecta in publicos usus edere voluerunt. Primus vero illis, quæ ad antiquiora tempora & nostram hanc periodum spectant, in varios codices vernaculo & latino sermone colligendis æternum sibi nomen paravit *Melchior (b) Goldastus*, quamvis aliquando suspectæ fidei merces pro verbis orbi eum obrufisse a quibusdam haud injuria accusari videam. Idemque utilissimum rerum gestarum veritati stabiliendi & late patens institutum nuper seculo

F 3

seculo

(b) Referendæ in hunc censum ex ejus operibus veniunt *Constitutiones Imperiales*, quas ab antiquissimis temporibus usque ab Matthæo Imp. magna quidem diligentia sed promiscue colligit, unde cum judicio legendas esse facile apparet, maxime quod haud paucas ex suo ingenio ipse addiderit, atque ex ævi illius historiæ monumentis confinxerit, convenientibus appositis titulis. Edita autem ex his primo fuerunt *Statuta & Rescripta Imp. II. partibus*, a Car. M. ad Car. V. & inde ad Rud. II. *Francof. 1607. f.* quibus eodem anno *Constitutionum*, quæ in priori parte continentur, *Rationale* accessit. Postea *To. II.* excusus est *ibid. a. 1609. & III. Offenbaci a. 1610.* iterumque *To. Unus Francof. 1613.* cui, licet illæ quæ a. 1607. prodierant *Constitutiones*, dicantur adjunctæ, frustra tamen aliquas ibi quæris; Novissime autem tria hæc ultima volumina recusa sunt *Francof. 1673.* Sed qui tomi I. in index tertio una adjunctus est, eum editor bona fide retinuit, uti reperit in edit. a. 1610. cum plane ad tomum hunc I. qui ex illo anni 1613. expressus est, non respondeat, sed ad partem illam priorem edit. 1607. de qua editoris incuria eos, qui novissimam illam editionem possident, hic monere non alienum duxi. His porro accesserunt *Consuetudines & Leges Imp.* quibus ea continentur, quæ

seculo & laude nostra major, illustris (i) *Leibnitius*. Quibus actorum publicorum medii ævi collectionibus si insuper

quæ in Constitt. commode referri non potuerunt, veluti, *Germanorum* veterum morum & institutorum descriptio ex Cæsare & Tacito desumpta; *Leges Longob.* per Imp. latæ & collectæ a. 1140; *Lorbarii* Imp. Capitulare a. 847. *Speculum Saxon;* *Weichbild*, sive *Jus municipale* Magdeb. *Jus Feudale Saxon.* *Jus Camerale* novissimum Auct. *P. Denaisio*. ed. *Francof.* 1613. & iterum 1674. f. Quæ vero Germanico idiomate confectæ fuerunt constitutiones, eas separato volumine tit. *Reichs-satzungen* publicavit Auctor *Francof.* 1613. fol. quarum aliquæ etiam vol. 1607. edito insertæ sunt. Maxime etiam huc spectant ejusdem *Politica Imperialia*. quibus *Virorum illustrium* latina lingua confectas consultationes, sive *discursus politicos, acta publ. & tractatus generales*, ad statum publ. imperii pertinentes conservavit ed. *Francof.* a. 1614. fol. sicuti jam antea, quæ vernaculo conscriptæ erant sermone, exhibuit tit. *Reichs-handlungen* ed. *Hanov.* 1609. fol.

(i) edito *Codicis Juris Gentium diplomatici* vol. I. *Hanov.* 1693. fol. quo tabulas authenticas Actorum publ. tractatum, rerumque a fine sec. XI. ad a. 1500. per Europam gestarum complectitur, præmissa insuper doctissima de vero Actorum publ. usu, aliisque huc pertinentibus præfatione. Hunc I. tomum nuper excepit *Manissa* duabus partibus distincta, & in ejus supplementum, *Chronol.* tamen ordine haud observato, edita *Hanov.* 1700. fol. quamquam ultra limites I. tomi nonnulla sec. XV. recentiora acta contineat. Monuit præterea Vir summus in præf. ad lect. aliqua de novissimis hujusmodi collectionibus, uti *Dan. Nesselii Prodro-mo hist. pacificatoris*, sive *Indice Pacificationum & fœderum*, quæ ab a. 1400. ad a. 1685. edere constituerat; *Collectione Parisiensis* *Tractatum Coronæ Gall. cum aliis Europæ Principibus & Rebusp. conclusorum*, per *Frid. Leonardum* Bibliop. a. 1693. 6. voll. 4. *Bava. tava*, quæ 4. voll. fol. superiori anno prodiit, sed fere ex jam editis tantum

(47)

per adjungamus *Joh. Philippi* (k) *Datt* præclarum & maximæ diligentia opus, novissime editum, facile nobis ratio constare poterit.

VERUM diutius paulo, quam initio proposueram, media me ætas detinuit, & accedendum denique mihi esse video ad propiora nobis tempora ac *novissimorum duorum seculorum* Germaniæ historiam. Et sane ab hac demum tempestate, uti magnarum rerum tardi sunt progressus, genuinum suum vigorem ac pristinum decus paulatim recuperare cœpit nobilior hæc rerum gestarum disciplina, tulitque etiam Germania haud exiguo numero scriptores, quorum aliqui ad veterum præstantiam enisi, optimos quousque ex prudentissima antiquitate æquarunt.

In prioris itaque, quod sextum decimum ordine refert, seculi rebus Germanicis *Davidis* [1] *Chytræi* Chronicon primo loco vel ob id memorandum arbitror, quod

per

tantum concinnata est, ac denique *Anglicana*, quam molitur *Thomas Rymerus* Historiogr. Regius. cujus editam operis inscriptionem ab Auctore sibi missam integram adjunxit.

(k) Duci Wurtenb. a Consil. Status & Eccl. qui in *Vol. rerum Germ.* sive de *Pace Imperii publ.* libris V. ed. *Ulmae 1698. fol.* universam status publ. a sec. XII. ad XV. initia historiam non solum egregie persecutus est, sed insuper, ut firmiter iis, quæ dixerat, robur adderet & irrefragabile pondus, ipsis actorum publ. formulis ex archivis vel aliunde magna copia depromptis universum opus veluti pretiosis gemmis eleganter ubique distinxit.

(l) Theol. ac Polyhistor egregius, qui postquam per annos 49. Rostochii docuisset, ob. a. 1600. & in *Saxonia* sua *libris XXXI.* res ab a. 1500. ad a. 1599. in eadem, non solum, uti hodie accipitur, sed

per integri illius seculi spatia decurrat, resque in Germania varie actas complectatur. Opus plane egregium, summaque industria & fide consignatum, quod princeps recentiorum historicorum *Thuanus* dignum iudicavit, cuius in rebus Saxonis & Arctoïis fideliter vestigia legeret. Arctiores commentariis suis posuit limites *Joh. (m) Sleidanus*, in quibus summam industriam, rerum peritiam ac fidem, pari eloquentiæ laude omnibus cordatoribus approbavit; neque, qui præter alios quosdam continuatoris partes per sequentia seculi illius tempora suscepit

fed in vicinis etiam regionibus, perque universum septentrionem gestas præclare recensuit; quod opus ex separatis primo & minori forma concinnatis dissertationibus in justum denique volumen excrevit, & aliquot annorum accessione auctum *Lips. a. 1599. in fol.* prodiit. Quantum autem *Chytraeo* debeat *Thuanus*, inde apparet, quod integras nonnunquam paginas ex eo descripsit, dictionis saltem mutata forma, & ad civilis historiæ contextum interioresque rationes diligentius attemperata; cum, censente *Cl. Schurtzschio* in *Epist.* 285. p. 409. ff. *stylus Chytræi decorumque pragmaticum non semper expectationi respondeat*; add. b. *Parens in Introd. ad Hist. Sax. Inf. p. 107. Seckend. Hist. Luther. l. 1. p. 139. add. 6.*

(m) *Sleida* oppido ad *Eisam* in *Westphalis* natus, a quo etiam cognomen sortitus est, cum antea a patre *Philisponius* diceretur. Postquam vero inter domesticos *Joh. Bellaji Cardin.* annuo stipendio per plures annos in *Gallia* substitisset, *Argentorati* docendi munus sibi, variasque subinde *Reip. Argent.* nomine obiit legationes; atque per id tempus perfectissimum illud *Commentariorum opus de statu Relig. & Reip. Carolo V. Cas. ab a. 1517. ad 1555. libri XXVI.* conscripsit, ordinarii etiam historici elogio & amplo stipendio a *Smalcaldici* federis sociis ornatus. Ob. a. 1556. Prima operis

suscepit *Mich. Cass.* (n) *Lundorpius*, licet non pœnitendam præstiterit operam, eandem laudem assecutus, multum infra Sleidani industriam & eloquentiam substitit. Mentionem etiam heic inferrem *Laurentii* (o) *Surii*, nisi animum affectibus abreptum erga diversæ religionis socios ubique prodat, ut nec a calumniis & convitiandi libidine sibi temperare potuerit. *Mercuriorum* vero & *relationum* *semestrium* hujus & sequentis seculi scriptores, ex quibus *Gallo-Belgicus* (p) *Sleidano* succenturiatus prodiit, cum vel

G merce-

peris hujus editio vivo adhuc auctore excusa est *Argent. a. 1655. fol.* quam innumeræ aliæ diversis formis postea secuta. Cum autem variis obtreccionibus & calumniis peteretur hoc opus, ipse Auctor *apologiam* ejusdem conscripsit, quæ plerisque edit. præfixa; cui jungi merentur quæ doctè & prolixè pro Sleidani defensione in *præfat. Op. de bello German.* attulit *Hortlederus ad Seckend. Hist. Luber. in add. I. ad Præloqu. & in Suppl. Ind. bist. & post eum Sagitt. Intr. ad Hist. E. p. 105. seqq.* His autem, quæ circa reformationis historiam à Sleidano tradita, in incomparabili & immense diligentia opere *Historia Lutbenaniæ*, ed. *Lips. & Ff. a. 1692. f.* conjungendus *Seckendorffius*.

(n) Cujus continuatio usque ad a. 1609. pertingens *III. tomis* prodiit *Francof. a. 1614. 15. 19. 8vo maj.* extantque aliorum adhuc quædam continuationes, de quibus, & adornatis infimul in Germanicam linguam versionibus Sleidani, vid. *Sagitt. d. l. p. 116. ff.*

(o) *Carthusiani*, patria *Lubec.* qui ob *Colon. 1578.* edito *Commentario brevi rerum in orbe gestarum* ab a. 1500. ad a. 1574. edit. *ult. Colon. disti a.* quam quæ præcescit anni 63. in principio ejusdem definit. Eundem vero *Surii* *Comment.* iterum ad a. 1585. continuavit *Michael. ab Isselt, Amersfortius.*

(p) *Rerum iu Gallia & Belgio potissimum, itemque aliis regionibus gestarum, & per Goth. Arthusium Dantisc.* usque ad a. 1624.

Xf. 10.

mercede conducti, vel partium studio obnoxii, raro certe tantæ rei pares, pleraque ambigua fide nullo fere iudicio vel ordine congeserint, parum solidi fructus ad rerum veritatem vel prudentiam conferent. Inter externos *Jac. Aug. (q) Thuanus*, qui dudum omnibus numeris consummati historici gloriam prudentium calculo adeptus, dum res ultra dimidium seculi per universam Europam gestas exsequitur, Germanicis etiam recensendis non minimam historiae suae partem occupavit, summa ubique integritate & fide, cui minime officere arbitror, quod in remotioribus aliorum fidem sequi coactus, cum auctoribus suis leviores subinde lapsus evitare minus poterit. Indicem

denique
XV. tomis, ed. *Francos. s. deductarum*, & hoc, dicto anno mortuo, a libro III. Tomi *XV.* per *M. C. Lundorpium*, aliosque plures ulterius continuatorum.

(q) Christoph. fil. Regius in Sanctiori Consistorio Consil. & in suprema Galliae Curia Paris. Praeses; qui ob. a. 1617. æt. 64. & *Historiarum sui temporis libros CXXXIIX.* ab a. 1543. (uti inscriptio tituli habet, quanquam certum sit, quod annum præcipue 46. qui incipit a libro II. operis sui initium auctor esse voluerit, licet in libro I. paulo altius nonnulla repetenda sibi duxerit ad viam augusto operi commodius parandam, usque ad a. 1607. superstites reliquit, *viramque insuper suam* ipse erudite & accurare ad posteritatis memoriam consignavit. Meretur autem de præclarissimo hoc & æternam famam servaturo opere, artibusque in eo condendo adhibitis, instituta inter *Thuanum* & *Polybium* ex veteribus comparatione, post innumeros alios, qui elogia eidem suspenderunt, legi commentatio *Baeleri in diss. de Util. ex hist. univers. contextu cap.* Neque tamen ab omnibus pari favore acceptum fuit hoc opus, sed quod procul ab odio & gratia, summaque moderatione, res pontificæ religioni minime addictorum descripserit, multorum odium incurrit Auctor, de quo elegans & prolixum extat *Carmen*

apolo-

denique rerum sexto decimo currente seculo per orbem
gestarum, singulari elegante ordine dispositum dedit, fon-
tesque

apologeticum ab Amico sub ipsius persona *Posteritati* inscriptum, L.
V. de vita ejus; quodque separatim editum & notis illustratum per
J. Melanchthonem, Amstel. 1678. 12. Et notas etiam, quas persona-
tus *Job. Babe. Gallus*, sive vero nomine *J. B. de Machaud. seu Malcal-*
du, Jesuita Paris in Historiam Thuani virulentis Ingolst. a. 1674. e-
didit, Curia Paris. e Nundinis Francofurt. recens allatas manu
carnificis cremandas & abolendas publico decreto judicavit. Sin-
gulare etiam est, quod retulit *Patinus Epist.* 178. edit. prioris sive 492.
edit. ult. *L'histoire de Mr. le President de Thou est belle & plus que belle;*
mais elle deplut si fort au Cardinal de Richelieu, qu'il en fit perdre la vie
au fils aine de l'Auteur, qui etoit fort honneste homme & cela pour un
passage d'Antoine du Plessis de Richelieu, qui est dans le I. tome sous Fran-
cois II. l'an. 1560. apres qu'il a parle de la Conspiration d'Amboise ou que
lue la Renaudie, qui en etoit le Chef & qui par sa faute fut luy-même la cause
de son malheur, & de plusieurs autres. Ce passage commence ainsi: An-
tonius Richelius, vulgo dictus monachus &c. Quemadmodum
etiam illud plures in Thuano reprehendunt, quod nomina pro-
pria ad genium latinæ linguæ, spectata simul Gallicæ pronuntia-
tionis ratione, ubique inflexerit, unde difficultas & obscuritas
lectoribus haud levis oboriatur, non inutilem præstitit operam,
qui *Indicem Nominum propriorum, qua in Thuani historia leguntur, cum*
vernacula singularum vocum expositione publicavit Geneva a. 1634. 4. Ut
denique de variis operis editionibus aliqua commoneam, tres ex-
tant Paris. Lutetia Auctore adhuc superflite evulgata, quarum
prior forma minori per partes prodiit a. 1604. 6. 8. Altera majori 10-
mus III. a. 1606. 7. & 9. tertia denique forma minime seu 12. tomis XI.
a. 1609. prioribus multo accuratior & longissime preferenda,
quamque ipse Auctor in *Prefat.* cæterarum normam, & coram instar
Heraclia esse voluit. Verum non ulterius hæc progrediuntur
quam ad a. 1584. & libris 80. absolvuntur, sicut prior ad a. 74. libris 57.
edit.

tesque præclare aperuit (r) *Bæclerüs.*

Præter hos præcipue Seculi hujus acta petenda sunt ex variis libellis tum temporibus editis & actorum publicorum com-

edit. Paris. majorem excepit *Francos. Prior* a. circiter 1608. 17. hujusque appendix 1618. de qua minime ad edit. postremam Paris. expressa, notisque ineptis & frivolis conspersa conquestus est. Auctor: securæ sunt edit. duæ, quæ & *Aurelianenses* & *Genevenses* inscriptæ, cum *Præf. Georg. Lingelsheimii Tom. V. in fol. & libris* constantes 138. totius operis Thuanci; habentque singulis libris præmissas epitômas & Auctores quos Thuanus sequi voluit, una cum *Vita Thuani libris VI.* Prodiit prior harum edit. a. 1620. posterior, quæ aliquantum videtur exactior & locupletior, partim a. 1626. partim 30. Priorem illam edit. *Genevensem* excepit *Francosurt. posterior III. tomis*, quorum duo priores editi a. 1625. tertius eadem methodo jam præcesserat a. 1621. ad edit. *Francos.* priorem additus; habetque etiam hæc editio additas *marginales notas*, & interdum in fronte præfixum annum 1628. itemque 1658. Præter hanc extat adhuc totius operis Thuani editio *forma sua. partibus V.* ed. a. 16., 14. & 21. quæ cum illa priori in fol. prorsus consentit. Consuli de variis his operis Th. editionibus, & quomodo mirifice illæ inter se differant, meretur singularis & diligens commentatio. *Job. Petri Tirii Prof. Gedan.* quæ tit. *J. A. Thuani Recensio Voluminum histor.* ed. *Gedani 1655. 4.*

(r) In *de rebus sec. XVI. libro memoriali*, cui elegantem per Casparum seriem adjunxit *Commentarium*, in quo præcipue ad judicia de rebus Germanicis, fontesque intentus fuit; ed. liber est *Argent.* a. 1585. 8. & iterum utilisissima opera Viri Cl. *Job. Burchardi Maji* recognitus & magnam partem auctus *Kilon.* a. 1687. 8. Neque ad rerum gestarum hujus sec. contextum melius intelligendum legisse pigebit *dissertationem* doctissimi *J. C. Job. Strauchii*, quæ inter *XIII. Juris publ.* quibus ille potiores per id tempus scriptis publice agitatae controversas diligentius excusit, est *prima*, statum totius Europæ currente sec. XVI. expendens, ed. altera vice per *Ad. Cornejum J. C. Jena 1695. 4.*

(s) In

commentariis, quæ magnam partem (s) *Scharadius, Freherus, Goldastus*, collegerunt; plura etiam vasto ac præstantissimo opere vernacula lingua recensuit *Fridericus (t) Hortlederus*, ad res civiles tamen maxime intentus, sicut quæ ad causam religionis referuntur, singulari pariter industria conservavit *Christ. (u) Lehmannus*.

Sed vocat me seculi quod proxime elapsum vidimus, historia, cujus dimidiam fere priorem partem fatale illud & diuturnum occupat Germaniæ bellum; quamvis enim non sub ipsa statim initia in luculentam flammam eruperit, diu tamen ea sub dolofo cinere latens sensim demum in illud incendium adolevit, quod universam dein Germaniam involvit, finitimis etiam Europæ gentibus in societatem pertractis. Varia hinc illa religionis disfidia, quæ præcipuam bello dederunt occasionem, causa item motuum Bohemicorum, unde ejus origo repetenda, ex actis illius

G 3

tem-

(s) In II. III. & IV. *Res. Germ. tomis*, sicut *Freherus* itidem in II. & III. Apud *Goldastum* autem aliqua ex *Constitutionum* tomis huc spectant, & quæ in *Politiis* ejus *Imper.* & *Pol. Reichshändeln* continentur, pleraque etiam ad hoc seculum pertinent.

(t) *Consil. Saxo-Vinar.* cujus amplissimum Opus, quo Acta illa de bello Germanico inter *Carolus V. Imp. & Smalcaldici fœderis socios gesto*, II. magnis voll. comprehendit, alteroque de causis ejus belli, altera de justitia, initio, progressu & eventu ejusdem, ab an. 1546. ad a. 1558. protracti, agit, editum fuit *Francos. a. 1617. & 18. f. iterumque per Generum ejus Zach. Prüstbenkium Consil. Vinar. a. 1646.*

(u) In memorabili opere, cui tit. *de Pace religiosa Acta publ. & originalia*, quo varia vernaculo sermone ab 1555. ad a. 1620. super illam pacis constitutionem edita scripta actaque publ. præmissa etiam Transactione *Passav. de a. 1552.* continentur; ed. *Francos. 1631. 4.*

(w) five

temporis, (w) *Historia motuum Bohemicorum*, (x) *Cancellaria Arbalina*, similibusque scriptis ad pleniorem ejus cognitionem præmitti debent, ipsi autem huic bello, ex quo aperto molimine res geri cœpit, vel universim, vel per partes describendo plures clarissimi viri manus admove-
runt. Inter quos præter *Eberhardum* (y) *Wassenbergium*, *Petr. Baptistam* (z) *Burgum*, *Petrum* (a) *Landsbergium*,

(w) sive *Acta Bohemica*, rerum a mense Martio a. 1618. usque ad victoriam Pragensem Præque deditioem, quarum illa 7. hæc 8. Nov. 1620. contigit, in Bohemia unitisque provinciis gestarum, *IV. partibus edita a. 1621. & 22. 4.*

(x) ex commentariis Christiani Principis Anhalt. Palatinæ militiæ Præfæcti, cum post pugnam in monte albo commissam ad arcem Pragensem concederet, per hostes interceptis, sub hoc titulo publicata sed incrustata, atque a Palatinis contrariis scriptis refutata est, quæ præter ipsam *Cancell. Secretam Anhalt.* ed. a. 1621. cum aliis pro defensione ejusdem publicatis habentur apud *Lond. in To. III. Act. publ. 1. 7.*

(y) Embricensi qui in *Flora German. sive Comment. de bello inter Ferd. II. & III. & eorum hostes gesto*, ab a. 1617. ad a. 1641. conciso & non ineleganti stylo illud enarravit, in partes tamen Pontificiorum non parum propendens. Ed. V. vice *Anverp. a. 1641. 12.* & productus postea in *Versione Germanica* usque ad a. 1647. additis per Auctorem, qui rebus interfuit, adnotationibus quibusdam & correctionibus haud spernendis, quæ ed. prodiit *Amstel. & Ff. a. 1647. 12.*

(z) Genuensem, in *Marte Succo-German. l. 3.* res saltem duorum annorum ab expeditione Gustavi Ad. usque ad obitum ejusdem completente, & in quo itidem affectum in Romanam religionem abunde prodiit Auctor, ed. *Colon. 1641. 12.*

(a) in *Bello German. Gustavi Magni*, a parte altera, Svecorum fælit. idem quod *Burgus* temporis spatium complexum, ed. *Roterod. 1652. 12.*

(b) veluti

(b) aliosque succinctius illud explicantes, magis prolixè de

eodem
 (b) veluti *Ruigerum Hermannidem* in bello *Gustavi* novissimo, qui sua tamen omnia fere *Chemnitio* debet; *Thomam Carue*, majoris legionis *Cæs. Sacellanum* in *Itinerario*, *Laurent. Bellum* in *Laurea Austr.* quorum tamen partibus nimium favet. De *Bohemico* etiã separatim commentari sunt *Andr. Habernfeldius* & *Aub. Miræus*. In causas *Suevicæ* expeditionis inquisivit *Balth. Henckelius* peculiari disceptatione de bello tam *proteſtatio* quam *Vindicatio* *Gust. Adolphi R. Svec.* & fide *Bogular XIV. D. Pom.* edita *Steinii 1631. 4.* Idemque, quod *Suecicus* *Confil. & negotiorum* per *Germaniam* gestor, diu a *Pontificiis* in *Vineulis* detentus esset, scripsit *Epistolas Carcerales*, ed. *Holmiæ 1640. 8vo.* quæ *Morboſo Polyb. p. i. l. i. c. 24. p. 307.* iudice; raræ sunt, & stylo non contentendo varia habent *Suecorum consilia*, *Jesuitarum machinationes*, & arcaniora quedam hujus belli alibi non facile expressa. Inter exteros, quorum interdum liberiora sunt iudicia & minus affectibus obnoxia, post *Josephum Riccium*, qui bella *German.* ab a. 1618. ad a. 1648. plurimis tamen nugis admixtis; & *Galeatium Gualdum*, (*Cæs. Maj. Historiogr. & Vicentiæ* in *Patria* a. 1678. defunctum) qui *Ferdinando* rum II. & III. ab a. 1630. ad a. 1640. descripserunt; *Victorius Siri*, inter prudentiores seculi nostri historicos numerandus, in *Mercurio*, sive rebus per universam *Europam* ab a. 1635. ad a. 1647. gestis, nonnulla etiã huc spectantia attulit; ac ille itidem *Italiæ* suæ *Tacitus Baptista Nani* *Historiæ Venetæ* ab 1612. ad 1672. a se conditæ plurima *Germanica* inseruit, & libere de iisdem iudicat, licet aliquando tamen partium studium minime vitet. Neque *Paulum Piseficum*, *Polonum* & *Episcopum Præmislensem*, in *Chronicis gestorum in Europa singularium* ab a. 1557. ad a. 1648. licet in domesticis suæ *Gentis* rebus, quibus magnam partem ipse interfuit, eidem plus tribuendum merito sit. in *Germanicis* quoque vicinis repudiandum prorsus existimo, *Austriacæ* tamen domui interdum minus favere videtur.

(c) qui

eodem commentatus est *Joh. Petrus (c) Lotichius*; sed graviter admodum & præclare id præstitit *Boguslaus Phil. (d) Chemnitius*; opus vel ideo magni faciendum, quod præter rerum gestarum seriem ac eventum, causas etiam ille & consiliorum momenta diligenter & copiose exponat. Neque minus egregia est descriptio, quam dedit *Carolus (e) Caraffa*, nisi quod scriptum illud valde sit concisum, & auctorem partibus justo tuisse addictiorem declarat. Ob judicium pariter & prudentem scribendi facultatem maxime commendandus Auctor

(c) qui *Commentarios Rerum German.* sub Matthia, Ferd. II. & III. ab a. 1617. ad a. 1643. gestarum edidit *Francosf. a. 1646. & 1648. fol.* in quibus satis perspicue quidem res proponit, sed ex relationibus aliquando minus fide dignis, neque veris semper actorum documentis haustas, sicut etiam passim in Theatro Europeo tradita sequitur, ut fere latinam tantummodo versionem in pluribus adhibitam dicere liceat.

(d) Regius Svec. Historiographus, cujus de bello illa a principio ad fidem *duo* exstant *tom.*, quorum *prior* ad mortem Gust. Adolphi decurrens, latino & Teutonico sermone editus est *Stetiemi 1648. fol. alter*, Axelio Oxensfirniæ res German. moderante, usque ad a. 1652. pertingens, Teutonico solo prodiit *Holmiæ 1653. fol.* Licet autem præclarum admodum hoc sit opus, utpote ex tabulariis Svecicis & Commentariis Oxensfirnianis congestum, quia tamen Auctora Svecorum servitiis fuit, eundem in partes illas nonnunquam proniorem quidam sibi deprehendisse visi sunt. Transtulit autem pleraque alicujus saltem momenti, Chemnitio tradita in rerum Svec. Commentarios postea *Pufendorhus*, mox nobis dicendus.

(e) Italus, Episcopus, Averfanus, qui per octo annos nunciū Pontificium in Aula Imp. egerat, & cujus in reformanda imprimis Bohemia diligentia & zelus enituit, (vid. *Bracheli l. 1. Hist. p. 41.*) in *Commentariis de Germania sacra restaurata*, ed. *Francosf. 1641. 8.*

ubi

etor (f) *Anonymus epitomes rerum Germanicarum*, qui brevissime consilia ejus & eventus consignavit. Nec indilignenter *Adolphus (g) Brachelius* & *Joh. (h) Loccenius*, integram ille, hic a quo Sueones pedem in Germaniam intulerunt, belli illius feriem pertexerunt. Novissime autem univerfam ejusdem historiam, originem & causas, summa prudentia & elegancia exposuit, qui veterem historiam gloriam nostro seculo reducem fecit *Samuel (i) Pufendorf-*

H *fus*

ubi prudenter admodum arcana consilia & eventus ejus belli usque ad dictum annum persecutus est, partium tamen studio frequenter obnoxius.

(f) Sive *Leonhardus Pappus*, uti *Deckherrus de Ser. adesp. Brachelii* autem l. 1. p. 53. *Albertum* vocat, qui certo creditur fuisse Canonicus Constant. Licet vero in Pontificiis etiam partibus libere subinde judicet & nihil dissimulet, non raro tamen affectum quoque suum erga eosdem prodit, & nimis affectata periodorum productione aliquantum obscurior est. Incipit ab a. 1617. ad a. 1643. ed. a. 1644. 16. & recusus a. 1669. 12.

(g) Colon. in *historia sui temporis*, postea dicenda, qui multo quidem in recensendis hujus belli actis ceteris religionis suæ hominibus est æquior, non ubique tamen partes dissimulare valet.

[b] *Itzehoënsis Holsatus* & in Acad. Upsal. Histor. primo, post Eloqu. & Jur. ultra 50. annos Prof. mortuus a. 1677. in *Historia Suecana*, quando res sub *Gustavo Ad. & Christina* in Germania gestas ex sequitur, quæ IX. libris usque ad Car. XI. edita primo *Upsal. 1662.* s. postea auctior & emendatior, *Francof. & Lips. a. 1676. 4.*

(i) *Flehe* in *Misnia* haud procul *Chemnicensi* urbe natus, ac primo *Heidelb.* post *Londin.* *Scanorum Acad. Profess.* hincque in *Aula Holmiensi Secret. Reg. & Historiogr.* ex qua in *Berolinen.* sem vocatus ibidem a. 1694. æt. 63. decessit, in *Commentar. de Rebus Suevicis libris XXXI.* ed. *Ultraj. a. 1686. fol.* quos ab expeditione *Gustavi*

fus: ^k cuius etiam Brandenburgici nostra ætate Herois
 (k) Historia dimidiam fere seculi partem complectens,
 ad Germaniæ omnis, imo Europæ res & acta illustriora,
 sese diffundit. Quemadmodum vero funestissimum il-
 lum bellum post ingentem rerum conversionem lætissima
 tandem pace compositum fuit, præter Pufendorfium ce-
 terosque modo indicatos, singulari industria universam
 tractationis de Pace Westphalica historiam ex ipsis rerum
 gestarum documentis ac commentariis eleganter conscrip-
 ptam

Gustavi Ad. R. in Germaniam ad abdicationem usque Christi-
 næ jussu & auspiciis Caroli XI. Sv. R. composuit, & in quibus Ger-
 manici belli historiam ab anno quidem 1618. ad expedit. Gust.
 Adolphi R. brevius, sed deinceps luculenter admodum & co-
 piose persecutus est. Quamvis autem inter principes Historia-
 rum recentis seculi conditores illustrem merito suo locum obti-
 neat Pufendorfius, sive prudentiam & in interiora & abdita rerum
 consiliorumque se penetrandi spectes dexteritatem, sive elegan-
 tiam & vim eloquii, non desunt tamen quibus stylus ejusdem
 & tota eloquendi ratio haud omnino ad veterum scribendi mo-
 rem normamque composita atque expressa videtur, sicut ipsum
 fratrem Esaiam, lecta rerum Svec. historia, optasse, ut conscripti
 egregie operis ad indolem antiquitatis oratio efformaretur, in
Elogio Esaiæ, Opusculis ejusdem Hale 1699. 8. editis præmissis, refert
 I. P. Ludovicus. Quamquam tamen excusationem, quicquid e-
 jus forte esse possit, in Præfat. Operi admota jam ipse illustris Au-
 ctor attulerit.

[k] Sive *Commentar. de rebus gestis Frid. Wilhelmi M. El. Brand.*
libri XIX. ed. Berol. 1695. fol. in quo præclarissimo opere rerum ab a.
 1640. ad a. 1688. veluti Herois sui regiminis spatio, latissime gesta-
 rum historiam complectitur, & egregie summaque folertia, & ali-
 quando etiam libertate, consiliorum momenta aperit; quamquam
 vicinis

ptam exhibuit *Tobias* (l) *Pfannerus*; cui jungi poterit nupera auctoris *Anonymi* de eadem Pacificatione edita. (m) *Relatio*: Neque minus ad interiorem ejus notitiam egregie ducunt *Christoph.* (n) *Forstneri*, accuratiori rerum civilium peritia nostro seculo facile excellentis, super isto pacis negotio publicatæ epistolæ; habetque non pauca inter varia, quæ subinde immiscuit aliena, in notis

H 2

suis

vicinis alicubi infensorem sese præbuisse facile rerum intelligentibus apparebit.

(l) *Confil. Saxon.* qui exemplo *Galeatii Gualdi* in *Historia Pacis Pyrenæe* Italice composita, & a *Petro Axenio* latine reddita, incitatus, *Historiam Pacis Germano-Gallo-Suecica, Monasterii atque Osnabrugæ erantate* & a. 1648. perfecte, secundum rerum tractatarum seriem & connexionem eleganti ac libero etiam & acriori quandoque stylo ex ipsis actis, Secretarium tum Ducalem Gothæ agens, compositam suppresso nomine edidit a. 1679. altero post anno repetitam & tertiam denique tit. *Pacis Westph.* editione Gothæ a. 1697. 8. ea præsertim parte, qua de novo Electoratu constituendo agitur, aliquantum auctiorem.

(m) quæ tit. *Arcana Pacis Westph.* five plenior & ex secretioribus actis & congressibus deprompta *relatio historica*, Auct. A. A. prodiit *Francos.* 1668. 4. per quæ verba editor in Præfat. designari indicat Episcopum, quem *Fabius Chifius Cardin.* & *Pontif. Innocentii X.* in illa Pacificatione Legatus vel testem vel adiutorem sibi adsciverat, quique a principio Pacis usque ad finem rebus gestis interfuerit, jam vero fati concesserit.

(n) cujus tamen *negotium Pacis Osabrugo-Monaster. concernentes epistola*, multa elegantia & civili judicio ex ipsa urbe Monasterio ad *Scipionem Scaligerum* scriptæ, illa tantum complectuntur quæ a mense Aug. a. 1646. ad Martium sequentis acta sunt, ed. *Mompelg.* a. 1670. 12. adjectis a pag. 107. paucis aliis ad *Partnerum* alio tempore nec

suis *Phil. Andr. (o) Burgoldensis*, quæ ad recondita quædam rerum Imperii nostri viam aperiunt. Eorum vero, quæ Pacis ejus tractationi, suis jam difficultatibus satis impeditæ, nimiam moram allatura, in proxima comitia rejecta fuerant, historiam ex ipsis Actorum commentariis pari industria & elegantia nuper demum publico dedit laudatus *Tob. (p) Pfan-nerus*.

Cæterum juvabit inprimis per totam rerum gestarum seculi seriem heic evolvisse ipsa Actorum publ. documenta, particularia etiam & fugientia scripta, quorum plurima quidem variis congesta voluminibus, quædam tamen

nec super hoc negotio exaratis, una cum Epistola *Anonymi a. 1631. ed. de Comitibus Elect. Ratiob. habitis*, quæ *Forslnerum* Autorem habet, & alia ejusdem *de moderno Imp. statu a. 1667.* publicata. Eorundem etiam tractatum pacis historię inserviunt, *Memoires de Mons. D' tauchant la negociation du traité de Paix à Munster*, ab homine Gallo conscriptæ, qui ipse tractatione vel una admotus esse videtur, vel saltem rerum tractatarum non levem habuisse notitiam.

(o) Sive vero nomine *Oldenburgerus* in *Discursibus Historico-Polit. Jurid. ad Instrumentum s. Tabulas pacis illius a. 1668. s. primum editis, & altera edit. a. 1669. 4.* auctioribus, cui postea *Collegium Jurispubl.* in *Discursibus* illos sub nomine *Franc. Irenici a. 1670.* publicatum accessit.

(p) in *Historia Comitiorum Imp. celebratorum a. 1652. 53. & 54.* quam ex ipsis Actis in Archivo Gothano FridensteinI asservatis, eadem qua Pacis Westph. tractationem styli elegantia, dictionis flosculorumq; Taciti Pliniique æmulus, nec minori libertate conscriptam, in publicum prodire fecit *Vinaris a. 1694. 8vo.* Pertinet etiam eodem *Comitiologia Ratiob. de a. 1654.* Germanico idiomate *V. part. ed. Brema 1657. 4.* quanquam Auctor, qui per literas initiales designa-

tamen propria diligentia, ab harum rerum curiosis sup-
pleri necesse est. Primus autem *Michael Caspar (9)*
Lundorpius recentioris seculi præcipuas res pace bello-
que gestas per Actorum publ. seriem magna diligentia
& fide exhibuit, quanquam Hortletero, cujus exem-
plum secutus videtur, non omnino comparandus; ne-
que in novissimis collectionibus post mortem Auctoris
succenturiatis nobile illud institutum pari ubivis dili-
gentia tractatum reperitur. Id quod magis adhuc dicen-
dum

H 3

designari *Burgoldensi* creditur *Gottlieb von Hagen* nimio placendi
Aulæ Imp. studio reliquorum Statuum juri subinde videatur ini-
quior, castigatus proinde & errorum non una vice convictibus
ab Auctore der *Grundfeste* harum rerum peritissimo & egregio scri-
ptore. Ad præsentium vero Comitiorum ibidemque actorum
historiam conducent *Ominosa rerum series in præsentibus Imp Comi-
tiorum gestarum* five *Relationes anonymi*, (qui *Balth. Venator* El. Pal. Se-
cret. communiter habetur, vid. tamen *Deck. de script. Adest. edit. 3.
p. 132.*) VII. partibus non minus facunde, quam prudenter & li-
bere scriptæ & ad annum 1673 productæ, ult. edit. 1671. seqq. *Discur-
sus* item von dem jeßigen Reichs-Tag; qui vulgo *Tob. Oelbasia* tribu-
itur, aliaque.

(9) editis primum *Actorum publ. IV. Tomis*, res ab a. 1608. usque
ad a. 1641. complexis, ita ut I. usque ad a. 20. II. ad 24. III. ad a.
29. IV. ad a. 41. pertingat; qui *IV. Tomi* recusi sunt *Francos. a.
1668. f.* aliquantum quidem auctiores, & secundum temporum
ordinem diligentius dispositi, sed quibusdam etiam in locis
castrati, ita ut prior illa editio propter aliqua, quæ Status non-
nullos videbantur offendere, in posteriori omissa adhuc alicubi
plenior dicenda sit. Suscepta autem post mortem Auctoris ab
aliis laboris istius continuatio in hæc usque tempora fuit, & ex-
crevit id opus jam ad *XII. Tomos* inde ab a. 1668. editos, five *Conti-*
nua.

dum erit de (r) *Theatro Europæo*, cujus unum alterumque volumen ex publicis & fide dignis monumentis conscripta pretium apud intelligentes consecuta sunt, sed posterora exiguo iudicio nec debita industria composita magnam partem hiant, plurimamque recensent ex solis vulgi rumoribus & novellarum schedis compilata, ut omnem fere quam priora concitaverant, æstimationem perdiderint. *Diarium* (s) vero *Europæum* ob plurima publica Acta, variaque exigua scripta brevi se subducentia commendandum, cœterum nec fides, nec diligentia, quæ requirebatur, adhibita, neque nœvis hujusmodi Actorum collectoribus fere familiaribus vacat. Spectantque huc
Thea-

nuar. VIIIum; quorum V. usque ad a. 46. VI. ad a. 53. VII. ad a. 57. II. ad a. 64. IX. ad a. 72. incl. X. ad a. 79. incl. XI. ad a. 83. incl. XII. (qui prodit a. 1699.) usque ad a. 86. incl. ascendit. Et prodit etiam hoc ipso anno amplius in omnes illos XII. tomos *Index Francof. uno vol. in fol.*

(r) quo res seculi ab a. 1617. ad nostra usque tempora vernacula lingua recensentur, & cujus jam XIII. prodierunt Tomi. Opus admodum varium nec sibi simile, ob diversos, quos habuit, auctores, & cujus pretium nimis augent picturæ & imagines, per *Matth. Merianum* & heredes adjectæ. Decurrit autem *Tomus I.* usque ad a. 29. II. ad a. 33. III. ad a. 38. IV. ad a. 43. V. ad a. 47. VI. ad a. 51. VII. ad a. 58. VIII. ad a. 61. IX. ad a. 66. X. ad a. 72. XI. ad a. 79. XII. ad a. 87. XIII. qui prodit a. 1698. usque ad a. 91.

(r) quod incipit ab inauguratione Leopoldi Imp. Aug five a. 1657. & usque ad a. 1682. ad XLVI. vol. in 4. excrevit, obque varia acta, quæ per modum appendicis subiecta habentur, haud exiguo usui esse poterit, quanquam eadem alicubi minus integra, neque

Theatrum [t] *Pacis*, initarum hoc seculo in Europa Pacificationum tabulas referens: (u) *Acta & historia Pacis Noviomagensis*; novissimæ item, cujus tamen (v) *præliminaries* saltem *IV. tomos*, historiæ ejusdem pleniori inservituros, prodiisse novi, *Riswicensis*.

Præterea non immerito his annumerandi veniunt, qui variis ejusmodi Actis in Opera sua historica conferendis non minorem a publico gratiam se inituros arbitrati sunt. In quibus *Christianus* (x) *Gastelius* ob insignem plurium monum-

neque partium studium in inferendis iisdem vel omittendis, in prioribus præcipue voluminibus, ceu fieri par erat, semper abfuerit.

(v) sive *Traclatum & instrumentorum ab a. 1647. ad 1660. & iterum ad a. 1685. in Europa initorum collectio*, quæ addita ubi vis in opposito latere versione Germanica satis plerumque accurata, *II. partibus* prodiit *Norib. a. 1684. & 1685. 4to.*

(u) quæ Gallica lingua, tit. *Actes & Memoires des Negotions de la Paix de Nimegue*, prodierunt *Amstelod. 1679. IV. Tomis in 12.* & eadem fere in vernaculam nostram transtulit *Job. Leonb. Sauterius*, ed. *Lips. 1680. 4.*

(v) sive *Memoires politiques pour servir à la parfaite intelligence de l' Histoire de la Paix de Ryswick*, Auct. *Du Montio* ed. *Hage Com. a. 1699. 8.* quibus auctor succinctam narrationem rerum inde a Pace Westphalica ad Aquisgranem, & iterum ab 1672. usque ad a. 1688. actarum magis luculentam complecti instituit, ipsis actis magna copia insertis; sed quæ his tomis nondum ulterius quam ad a. 1676. pertingit, & promisit Auctor in qua continuationem adhuc aliquot tomos, antequam ipsam Pacis historiam aggrediatur.

(x) *JC.* in *Traclatu* satis vasto *de statu publ. Europa novissimo*, ed. *Norib. 1673. fol.* quo præter aliorum Regnorum descriptiones minus prolixas, Germanicæ inprimis Reipubl. statum explican-

numentorum apparatus non exiguum operi suo pretium conciliavit. Quo nomine etiam nobis hic dicendus [y] *Leo ab Aizema*, qui vastis & egregiis rerum gestarum commentariis ipsa Acta & Instrumenta publ. quo quæque composita fuere idiomate, fideliter & diligenti studio ubique inseruit. Idem institutum secutus *Joh. Adolphus (z) Brachelius*, rerum suo tempore per Europam gestarum succinctus & nitidus scriptor; quique aliquot annorum continuationem, impari licet successu, adjecerunt *Christia-*
nus

dum sibi sumsit, & ob acta publ. multa atque eximia industria collecta, præcipue commendari meretur; inter quæ non pauca in Diario Europæo per compendium tantum expressa, integra exhibentur. Magnam quoque ejusmodi monumentorum publ. copiam, ex archivis vel aliunde acceptam amplissimis *de jure publ.* voll. adjunxit *Linnaeus*; & qui novum ac tertium tomum ei superaddidit *Ab. Fritschius*, varia præsentibus comitiis edita laudabili pariter opera inseruit.

(y) Frisus & Hanseaticarum Urbium Consil. Hagæ Com. residens, qui ob a. 1669. & quæcunque in Belgio, tum in vicinis imo & remotioribus provinciis ab a. 1621. ad a. usque 1668. pace belloque memoratu digna contigerunt, belgica lingua late recensuit, ipsis actis ingenti copia inter spersis, quod opus particulatim primo *quarri* ordinis forma *XIV. voll.* typis excryptum, sed postea *VI. spisis tomis in fol.* comprehensum, prodiit *Hagæ Com. a. 1669. ff.*

(z) Colonienfis, & sacris Pontificiorum addictus, in *historia nostri temporis, rerum bello & pace per Europam atque in Germania maxime gestarum*, ab a. 1618. ad a. 1652. usque *II. partibus* comprehensa; cujus eodem anno defuncti, telam *parte III. IV. V. VI.* usque ad a. 1661. pertexuit *Thuldennus* Canon. Colon. prolixior quidem, sed, præterquam quod stylo impar, suæ confessioni nimium addi-

mus Adolphus Thuldenus, & Henr. Breverus. Petrus denique (a) Valkenierius, dum res novissimas octo circiter annorum spatio in orbe Europæo gestas exsequitur, varia acta publica subjunxit; quas per decennium deinde, plurimum tamen diligentia Valkenierio inferior, pertexuit Andreas (b) Müllerus.

NEQVE vero A. H. ad accuratiorem & magis plenam rerum Germanicarum notitiam adspirantibus fatis est illos scriptores, quorum ad universas communis patriæ res industria diffusa, diligentius evoluisse, sed maxime etiam ad particularium rerum publ. quibus Germania distinguitur, historicos, variaque Chronica, Episcopatum,

addictus, inque alios dicax & infamibus narrationibus injurius; huncque iterum usque ad a. 1672. parte VII. continuavit Breverus ineptus plane & artis historix scribendæ rudis. Omnibus autem his partibus, Colonia editis, & iconibus distinctis, subjuncti sunt varii *Tractatus politico-historici*, sive publica acta, ob quæ præcipue scriptores istos hic memorandos duximus.

(a) Embricensis, & legationibus a Fœderati Belgii Ordd. ad Rempl. Francof. Imperii Comitia, Helvetiorumque Cantones obitis clarus, in *Europa sua*, quam vocat, *perturbata*, qua politicam & historicam descriptionem rerum ab a. 1664. usque ad a. 1673. in Europa pasfim & Belgio potissimum vicinisque regionibus actarum, Germanica lingua complectitur, ipsis actis ad finem operis integris adjectis; ed. *Amstelod. a. 1677. IV. part. in fol.* multisque iconibus distincta.

(b) Secret. cujus *Continuatio* ab a. 1672. ad a. 1676. & inde ad a. 1682. eodem instituto ipsis actis subjunctis, & iconibus pariter exornata, II. voll. *Amstelod. a. 1680. parte V. VI. VII. & a. 1683. parte IIX, IX. X. in fol. prodit.*

(c) Soc.

um, Civitatum ceterarumque partium omnium frequenter recurrendum, cum plurima inde in domesticis rebus recondita haurire liceat, alibi frustra quaerenda. Nec temporis autem, nec instituti mei ratio permittit de omnibus illis, aut plerisque saltem, quorum non exigua suppetit copia, latius jam ad vos differere, non committendum tamen mihi putavi, priusquam orationis meae finem faciam, quin aliquos saltem ex praecipuis, & quibus majus apud intelligentes pretium statuitur, quasi per faturam vobis ostendam. *Christoph. (c) Broverum* principe inter illos loco refero, cujus Annales Trevirenses, summa elegantia & majori quam a Jesuita exspectari aequum erat in antiquioribus libertate conscripti, propter insignem apparatus & praecleara subsidia praecipuis rerum Germanicarum monumentis accenferi merentur; neque iis comparandi a *Guil. [d] Kyriandro* editi, licet in propioribus

(c) Soc. I. qui ob a. 1617. & *Antiquitatum & Annalium Trevir. libros XXII.* usque ad a. 1600. cum *Proparascève* reliquit, quibus, praeter *addicamenta Proparascève & historia*, III. reliquos usque ad a. 1652. adjecit *Jac. Masenius* Soc. I. quod opus II. tomis integrum prodit *Leodii a. 1677. fol.* Eidem praeterea *Brovero* debentur, *Antiquitatum Fuldens. libri IV.* ed. *Antw. 1612.* nec minus eleganter conscripti, licet commentis Jesuiticis minime vacui; ejusque *Sidera illustrium & sanctorum virorum, qui Germaniam praeserim Magnam olim Gestis rebus ornarunt*, ed. *Mogunt. 1616. 4.* non exiguam subinde lucem in civili etiam mediae aetatis historia fecerunt.

(d) *Syndico Trever.* qui in *Annalibus* istis s. *Comment. de Orig. & statu antiquissima Civ. Augustae Trev.* ed. sub finem sec. 15.; & *reclusus Biponti 1604.* iterumque a. 1625. *fol.* (add. *Brov. in Propar. Tom. I. p. 3.*) urbis ejus potissimum Jura per monumenta frequenter

præcipue pretio suo minime sint defraudandi. Moguntiaci inter primos excoluit *Nicol. (e) Serrarius*; neque parum Colonienfes debent *Egid. (e) Gelenio*. In rebus Saxonice insignis post alios *Georgii [g] Fabricii & Petri*

I 2

(b) Al-

ter allata tueri & vindicare annifus est, quibus suos opposuit *Browerus*, juri Principis afferendo præcipue intentus.

(e) Lothar, Soc. J. qui obiit a. 1609. & *Rerum Mogunt. libros V. ab initio usque ad Joh. Schvichardum* s. a. 1604. quo ille electus est, edidit *Francof. 1604. 4.* Extantque etiam per eundem collectæ *Epistole Bonifacii I. Mogunt. Archi-Ep. una cum vita per Willibaldum scripta*, & quibusdam ipsius notis, ex quibus omnibus nonnulla ad historiam illius ævi illustrandam erueri licet, ed. *Mogunt. a. 1629. 4.*

(f) Canon. Colon. Confil. & Historiogr. Archi-Ep. qui de *Admiranda sacra & Civili Magnitudine Colonia, Claudie, Agrippin. Aug. Urbis l. IV. publicavit Colon. a. 1645. 4.* & *Historiam etiam Engelberti Archi-Episcopi a Cesario Heisterbacensi* descriptam, & a. 1633. *ibid.* iterum editam, integro Commentario illustravit, in quo multa ad historiam illius ætatis & nobilium familiarium originem ex antiquis tabulis egregia adducit.

(g) Chemnic. & Misnensis scholæ Rector, ac Historicus El. Sax. den. a. 1571. qui post *Georg. Spalatinum* Superint. Aldenb. & Histor. itid. El. Sax. a. 1545. defunctum, (de cujus *Vita historia* videri potest *dissert. Præf. Sagittario a. 1693. fene habita*) In *Chronico Principum Sax. ed. Witeberg. 1641. 4.* & postea ab *Hortledero* Operi *de causis B. G. l. 4. c. 23. p. 596.* inserto, notisque accusationibus ab eo interpolato; & *Georg. Agricola*, non minus historica, quam medica & rei naturalis scientiæ laude clarissimum, mortuum a. 1555. plurimam ad historiam Sax. diligentiam attulit: annotavit tamen *Albinus* in nova Sax. historia, *omnia fere ipsum ex Teutonice Agricola historia vertisse, nisi quod non raro de suis quadam addiderit,*

(b) *Albini* eruditio & industria enituit, quamvis hic ad dotes illas majorem judicii accurationem attulerit. *Cyriacus* (i) *Spangenbergius* variis Chronicis patrio sermone confectis, plerosque hujus generis scriptores diligenter & insigni rerum Germanicarum peritia plurimum superavit; & summam pariter ejusmodi commentariis concinnandis in antiqui-

rit, quaedam amplificaverit. Edita vero est *Saxonia* ejusdem illustrata sive *Originum Sax. L. IX.* Inde ab antiquissimis temporibus usque ad a. 1606. per *Jacobum* fil. qui duos posteriores adjecit, *Lips. a. 1606. fol.* & ejusdem filii opera prodierunt *Rerum Germ. Magnae & Sax. Universae memorabilium, mirabiliumque* voll. II. quorum *Alterum, Saxonica* secundum Imp. Rom. & German. seriem, *Alterum, Rerum Misnicarum VII. libros* complectitur.

(b) *Nivemontius*, Historiogr. Sax. & Prof. primo *Witteb.* post Secret. Elect. de quo optandum esset, ut plura, quae elaborasse in *Catalogo Auctorum, Chronico suo Mönensi*, p. 373. subjuncto, ipse indicat, in publicum haberemus edita. Extant vero ejusdem praeter *Novae Saxonum Historia progymnasmatia*, ed. *Witteb. 1585. 8.* in quibus de Saxonum origine, rebus gestis & Familia in primis *Witkinde* non pauca habet quae aliorum industriam effugerunt; *Meißnische Land- und Berg-Chronica*, ed. *Witteb. 1580. & Dresde 1590. fol.* *Specimen historiae Thuringorum nova*, quod a *Sagittario* primo editum, ejusdem *Antiquitatibus Regni Thuring.* adjunctum est, & denique *Etambuch des Hauses Sachsen* ab a. 1421. cum contin. *Matth. Dresseri* ed. *Lips. 1602. 4.*

(i) *Northufanus* & Ecclesiastes primo *Islebiensis*, post *Decanus* & *Parochus Mansfeld.* qua dignitate tandem ob erroneas quasdam in sacra doctrina opiniones excidit, & in exilio a. 1604. decessit. Scripta, quibus inclaruit in primis, & non exiguum in historia Teutonica auctoritatem adeptus est, sunt *Chronicon Mansfeld.* editum primo *Isleb. 1572. fol.* & postmodum tit. *Chronici Saxon.*

4. 1585.

antiquitatibus patriis & Ducatus Brunsvicensis historia industria ostendit *Joh. [k] Letznerus*; in qua nec ignotum *Henr. (l) Buntingii Chronicon*, quodque eidem haud

I 3

parum

a. 1585. recusam, iterumque, ni fallor, *Francos. a. 1686. fol. Chronicon Querfurtense*, usque ad a. 1496. quo ultimus Comitum decessit. deductum; ed. *Ersford. a. 1590. 4.* Chronicon *Hennebergense* ed. *Argent. a. 1599. fol.* Chronicon *Comitum Schaumburg.* qui *Holfatiae* etiam successu temporis praefuerunt, ab a. 1030. ad finem Sec. XVI. productum, & ed. *Stadthage 1614. fol.* Exstat praeterea *Speculum* ejusdem *Nobilitatis*, Teutonice in primis originem & progressum, varios ordines militares, aliaque lectu non indigna exhibens, & Germanica itidem lingua *H. Tomis Smalcalda. 1591. f.* excusum.

(k) *Hardesianus* & *Pastor Iberanus* ditionis *Grubenhagenensis*, Vir maxima quidem industria, sed magis laudandus, verba sunt B. parentis ex *Lit. in H. Sax. inf. p. 109. si diligentia ejus par judicium respondisset, & iis qua sollicite undique conquiſſerant recte uti, & falsa a veris, spuria a genuinis, discernere quivisset. Interim qui judicio valet, ejus opera cum judicio legere, & in rem suam convertere potest.* Edita, quae mihi occurrunt, praeter *Vitas Caroli M. & Lud. Pii* supra memoratas, ab ipso scripta sunt, *Chronicon Eimbeckense & Dasselense*, ed. *Ersfurt. 1596. fol.* *Chron. Corbejense* post edit. secundam *Hamburg. a. 1590.* auctius recensum *Hildes. 1604. 4.* *Chron. Monasterii & Hospitalis Hainensis in Hassia*, ed. *Mulhusii 4.* *Chron. nobilitatis de Berlesch.* ed. *Ersfurt. 1593. 4.* *Historia S. Bonifacii German. Apostoli d.* ed. *Hildes. 1602.* Elaboravit etiam *Letznerus Chronicon Brunsvic. Luneb. & Götting. 8.* libris constans, sed morte, quo minus ederet, praeventus fuit; indicem tamen, quae singulis librorum istorum capitibus sibi tractanda sumserat, publicavit *Hildes. 1601. 4.*

(l) *Hannover. & Pastoris in Civit. Grunow, cujus Chron. Brunsvic. & Luneb.* usque ad a. 1583. inpr. *Magd. 1586 & 1596. fol.* & postea productum usque ad a. 1620. per *Henricum Meibomium, ibid. a. 1620.*

(m) *Prio-*

parum inservire poterit *Henr. (m) Eckstormii* Walkenredense. *Pomarii & Weneri (n)* Magdeburgensia ultra vulgarem industriam & scribendi rationem haud asurgunt; sed *Guil. (o) Buddæi* in Halberstadiensibus omnia eximia. Marchicam historiam diversimode illustrant (*p*) *Andreas Angelus, Christoph. Encelius, Nicol. Leutingerus, Anhaltinam Ernestus*

(*m*) Prioris & Parochi Walkenredani, qui *Chronico* isti *Helmst. 1617. 4.* publicato, præter historiam Monasterii inde ab a. 1527. varias Cæsarum & Principum tabulas, atque Genealogiam Brunsvic. & Insignia nonnulla pertinentia inseruit.

(*n*) quorum *Job. Pomarii, Pastoris* Magdeb. (de cujus etiam edito *Chronico Sax.* vid. B. parens *Intr. in H. S. I. p. 104.*) *Chronicon Civit. Magd. Germ.* prodiit *Rostochii 1587. 4.* *Andr.* autem *Weneri Chron. Archi. Ep. Magd.* itidem German. editum fuit *Magd. 1584. 4.* & recusum *Halb. 1682. 4.* cum *Entzelii Cbr. March.* cura *Henr. Amersbachii.*

(*o*) non artis medicæ magis, quam Halberstadii exercuit, quam patriarum rerum peritissimus Vir, & antiquorum monumentorum in Archivis præsertim Halberstadiensibus indagator solertissimus, ut dolendum sit, præter *Vite Alberti II. Episc. Halberst.* ex Duc. Brunsv. partem primam, German. sermone *Halb. a. 1624. 4.* publicatam, & aliorum quorundam, quæ affecta habuit, veluti *Chronici Monasteriorum; Halberst. Stam-Saal- und Lehn-Register; Chronol. Imp. & Episc. Halb.* De bellis & moribus *Episc. Halb.* primas paginas promulgidis loco evulgatas, nihil admodum ejus in publicum extare.

(*p*) *Strausberga Marchicus, ibidemque Past. ac Præpositus a. 1598.* denatus; in *Annal. Marchie Brand. German.* usque ad a. 1596. diligentia haud vulgari deductis, cum supplemento ad a. 98. ed. *Francos. ad O. 1598. fol. Christ. Encelius Salsfeld & Pastor Osterburg.* in *Chronico Marchie vet. Germ. ed. Magd. 1579. 4. & Halberst. a. 1682.* recuso.

* (71) *

neſtus (q) Brotuffius, & noviffime, qui inſignem patriæ
hiftoxiæ notitiam cum pari Medicæ artis peritia conjun-
xit Chriftianus (r) Knautius. In Pomeranicis eminent,
Daniel

cuſo. Leutingerus in Commentariis de Marchia Brand. libro rariſ-
ſimo, & quem haud facile integrum reperire licet. Præterea
Wolfg. Juſtus, præter Genealogiam March. Brandeb. edidit Cbr. Urbis
Francof. 1561. 4. a. Cl. Bechmanno Memorandis Francof. ad Od. Urbis, a.
1676. editum inſertum. Origenes vero Stirpis Brandenb. & hodi-
ernorum Eleſt. & Burggr. Norib. familiam ſcripſit Reinccius ed. Fran-
cof. 1581. fol. & circa eandem eloborarunt inprimis Job. Cerniti-
us Archivi Berol. Vice-Regiſtrator, cui plurimum in Branden-
burgicis tribuendum, in hiſtoria X. Eleſt. Brand. & Burggr. Norib.
cum iconibus eorundem edita Berol. 1626. fol. Georg. Chriſtoph.
Reiſchelius Conſil. Brand. Baruth. Brandenb. Stambaum ed,
Berol. 1668. 12. Job. Wolfg. Reiſchius in Brandenb. Cederheim / li-
bro docto & eleganti, ed. Baruthi 1682. 8. & Iconibus diſtincto.

(q) In Geneal. & Chronico Domus Anhalt. Principalibus auſpi-
ciis conſignata & a. 1556. cum præfat. Phil. Melan. bibonis typis
exſcripta. Neque parum Domus (jus hiſtoxiæ inſervient Vin-
dicia Anhalt. publicis auſpiciis de Juribus in Comitatum Aſca-
niæ a. 1648. 4. evulgata.

(r) Sereniſ. Principis Cörheno - Anhalt. Archiater, inque pa-
triis Antiquitatibus & hiſtoria præcipue Anhalt. publicis etiam
tabulariis uſus, inprimis verſatus, quod Antiquitates Ejusdem
Comitatus Balleuſted. & Aſcan. Cöiba a. 1698. 4. in publicum editæ,
itemque Antiqu. Pagorum & Comitatum Principatus Anhalt. pluri-
bus etiam diplomatibus nondum editis ab eodem illuſtræ, &
a Cl. Paulino Commentario ſuo de Pagis Antiquæ Germ. adjun-
ctæ, abunde demonſtrant; ut optandum eſſet, Cl. Auſtorem
in ceteris, quæ de rebus & antiquitatibus Anhalt. ſe daturum
publice fidem fecit, evulgandis non nimis diu avida harum
rerum curioſorum vota fruſtrari velle,

(r) Ec-

Daniel (s) Cramerus & Job. Mierælius. In Holfaticis post Paulum & Job. Adolphum (t) Cypræos, qui diligentia & accuratatione reliquis Cimbricæ historiæ scriptoribus præstant, consulendi Caspar (u) Danckwerthius, Chorographorum recen-

(s) Ecclesiastes Stetin. & Gymnasii Prof. qui de Ecclesiastica inprimis Pomeranorum historia præclare meritus, evulgato primum vernacula lingua *Chronico Pomerania Francof. a. 1602. 4.* quod inde ab ortu Christianæ religionis in Pomer. five a. 1124. auspiciatus est, & iterum *Magno Chronico Eccles. Pomer. ed. Stetini a. 1628. fol.* Ab eodem etiam tempore *Chron. suum rerum Stetin: non inlaudabili industria compositum, exorsus est Paulus Friedebornius, Secrét. Stetin. ed. Stet. 163. 4.* Neque indoctam, summoque diligentem in Gentis rebus perveſtigantis posuit operam in *Annal. Herulorum & Vandal. I VII, a. 1521. editis Nicol. Marescalcus Thurius, Legum & Canonum in Acad. Rostoch. Prof. & Duci Meclenburg. a Consiliis. Sed omnes post se reliquit Mierælius scholæ Stetin. Rector, in Chronico suo Pomeranico, ed. Stetini a. 1640. & ab antiquissimis temporibus ad memoratum usque annum deducto.*

(t) in egregio *Annalium Episcoporum Slesvic. opere, ad universam utriusque Ducatus historiam se diffundente, cujus primas lineas duxit Paulus, Consil. Holfat. a. 1609. defunctus, affectum vero parentis laborem recensuit & a Car. M. temporibus ad Sec. XVII. initium perduxit, atque Colonia a. 1634. 8. edidit filius Job. Adolphus, Ecclesiastes primo in Patria civitate Slesvic. usque ad a. 1633. quo in Belgium & mox Coloniam excurrens, Pontificiæ religioni nomen dedit; Vid. cui hæc debemus, Cl. Mollerus in *Intr. ad Hist. Chersf. Cimbr. p. 124. ff.* in qua cæteros etiam universæ Cimbricæ historiæ scriptores erudite admodum & accurate sub examen vocavit.*

(u) Medicus & Husensis oppidi consul a. 1672. denatus, in *Chronographia Ducatum Slesvic. & Holf. vernacula, a. 1652. fol. Reg. edita, & ac-*

* (73) *

recentiorum princeps, & *Adamus* (w) *Olearius*; sicut particularem Hamburgensium rerum historiam summa industria & accuratone consignavit *Petrus Lambecius*. In Westphalicis *Hermanni* (y) *Hamelmanni* insignis peritia & diligentia

K

& accuratissimis tabulis, quas *Job Meierus* Mathematicus Regius decennio integro Chersonesum Cimbr. jussu Regio ac Ducali pervagatus atque dimensus, eidem adjunxit, illustrata, & in qua præter accuratam locorum descriptionem non minus exactam cujusque historiam exhibuit.

(w) *Ascania - Saxo & Ducis Holsat. Gottorp. Mathematicus & Biblioth.* in *brevi Chronici Holsat. Compendio*, ab a. 1448. five initio Dynastiæ Oldenburg. deducto & *Sleswigæ a. 1663. 3.* publicato, ac iterata editione a. 1674. 4. quæ Ejusdem descriptioni *Pinacotheca Gottorp.* subjuncta.

(x) *Hamburg. in Gymn. patrio Histor. Prof. & Rector, ac demum, postquam ad pontificios accessisset, Bibliothecarius & Historicus Cæsareus, a. 1618. defunctus, in Originum Hamburg. II. libri, quorum primus, ed. Hamb. a. 1652. 4. ab a. 808. ad a. 1225. decurrit, cui duplicem Vitam Ansgarii I. Archi-Ep. Hamb. profaicam & metricam, a Remberto successore Sec. IX. & Gualdone Monacho Corbej. Sec. XI. scriptam, & notis suis illustratam, una cum diplomatibus quibusdam adjunxit; Idus in a. 1292. finiens, cum diplomatum vetustorum mantissa produit ibid. a. 1661. 4. Vid. B. parens in Intr. ad. H. Sax. Inf. p. 61. ff. Mollerus. Intr. ad Hist. Chers. Cimbr. parte II. p. 537. ff. Sagitt. Intr. ad Hist. Eccl. p. 205.*

(y) *Superint. & Historicus Oldenburg. qui ob. a. 1595. & a quo conditum extat Chron. Oldenb. vernaculum, multa habens ex variis auctoribus non indiligenter collecta, post mortem demum Auctoris a. 1599. fol. editum; cumque illud ab libb. Emmio mox esset impugnatum, eidem Apologiam pro Hamelmanno Comitis Oldenb. jussu Lemgov. 1600. 8. opposuit Gerb. Gifckenius. Typis quoque Idem*

evul-

gentia laudanda; *Hermannus* vero (z) *Stangefolius* confuse non nihil *Annales* suos contexit; at quæ *Job. Justus* (a) *Winkelmannus* in his & aliis edidit scripta eruditionem Viri & industriam abunde testantur. Palatinas origines & an-

evulgavit *Genealogiarum* & *familiarum illustrium libros* aliquot a. 1592 ff. 8. cum earum, quæ adhuc suo tempore in Infer. Sax. Angriaria & Westphalia existebant, tum emortuarum; eisdemque debemus *Historiam. Eccl. renati Evangelii per infer. Sax. & Westph.* cujus I. & II. pars prodit a. 1586. & 87. 8. & peculiarem de *claris Westph. Viris.* commentarium.

(z) Canon. Colon. in *Opere Histor. & Chronol. Circuli Westphal. IV. libris* ed. Col. 1636. 4. & in quo non pauca quidem habentur ex libris etiam nondum editis excerpta, sed plura quoque in confusa illa passim Auctoris narratione desideres, quæque examen mereantur. Melioris præterea in rebus Westph. notæ sunt *Wern. Teschemmæcheri Annales Julia, Cliv. Mont. Marca & Ravensb.* ed. Arheim. 1638. fol. præcipuum in his monumentum; *Adelarii Ericii Chron. Juliacense*, ed. Lips. 1611. fol. *Job. Noppii Augusgranense*, ed. Colon. 1632. f. *Job. Pideritii Lippiacum*, ed. Rintel. 1627. fol. aliaque. Vicinarum quoque *Frisia rerum historiam* accuratam, magnoque prudentiæ & elegantiæ cultu, ab a. 449. usque ad 1564. perscriptam debemus illi Patriæ suæ *Livio Ithboni Emmio, Frisio Orient.* & primum in patria terra Scholarum moderatori, postea Acad. Groning. Reçtori, unde illius Reipl. studio animum ejusdem in Frisones Orientales quandoque iniquum aliqui deprehenderunt. Editum fuit opus primo particulatim, forma minore ab a. 1596. sed demum uno vol. *Lugd. Bat. a. 1616. fol.*

(a) Cónsil. & Histor. *Hasnacus & Oldenb.* tandemque etiam *Brunsv. Luneb.* qui *Rerum Oldenburg. descriptionem* vernaculam, præcipue *vitam & regimen Anthonii Gunth. Comitis* complexam, & *V. libris* secundum Impp. seriem distinctam, ac elegantibus iconibus & tabulis in æs incisis exornatam, ab a. inprimis 1603. & paulo ult. erius, ac sere ubi *Hamelmannus* defuit usque ad a. 1667. edidit

& antiquitates elegantissime dedit (b) *Freherus*, & in eadem singulari industria & accuratione nuper demum inquisivit *Carolus Ludov.* (c) *Tolnerus*. In rebus Alfacicis notiora sunt *Bernb.* (d) *Hertzogii Chronicon*, & *Jac.* (e) *Königshovii*, cura haud pridem *Cl. Schilteri* publicæ luci expositum, amplis-

K 2

plisfi-

didit a. 1671. f. Eandemque jam præcesserat ejusdem *Notitia Historico-Polit. Veteris Saxo-Westphaliae*, ed. *Oldenb.* 1667. 4. Præter quæ variis adhuc Chronologicis & Geneal. scriptis ad nominis sui famam adspiravit, veluti *Arboreto Geneal. Heroum Europæorum*, ed. *Oldenb.* 1665. fol. *Amphitheatro Orbis Pol. Histor.* ed. *ibid.* 1668. fol. *Historia Geneal. Stirpis Brunsv. Luneb.* ed. a. 1677. fol. & postea iterum cum appendice recusa. *Epistola*, quam de *Thuringorum Origine* Germ. sermone publicavit *Bremæ* 1694. 8. *Hasfiaca* vero ejusdem *Historia*, quam multa cura elaboratam dudum promisit, hætenus nondum publicam lucem vidit.

(b) In *Commentario Originum Palat.* ed. *Heidelb.* a. 1599. 4. iterumque secunda edit. in II. partes diviso & auctiore, *ibid.* a. 1613. fol. Neque contemnenda est *D. Parisi Hist. Palatinae*. ed. *Francos.* 1633. 12. & *Hub. Thome Leodii*, *Frid. II. Elect. Pal. a. Conf. & secretis*, & *individui comitis, Annalium libri XIV. de Vita & rebus gestis ejusd.* multa prudentia & gravitate compositi, ac editi *Francos.* 1624. iterumque 1665. 4.

(c) In *Historia* itidem *Palat.* superiori anno *Francos.* in fol. edita, resque gestas *Comitum Pal. ad Rhenum* ad *Rud. I.* usque *Imp.* complectente: cui insuper accessit *Codex diplomatibus Palat.* continens diplomata *historiam Palat.* illustrantia & confirmantia, ejusdem *Tolneri* opera & studio collecta, notisque illustrata.

(d) Præfecti *Hanov.* cujus *Chronicon Alsatie infer.* vernaculum, exigua quidem doctrina & vulgariter, sed satis diligenter conscriptum prodiit *Argent.* a. 1592. fol.

(e) *Presbyteri Argent.* qui *Chron. Universale & Alsaticum* ab *O. C.* ad a. 1376. consignavit, quodque antiquissimum vernaculo ser-

plisimisque observationibus illustratum. Helvetica multa accuratione & diligentia persecutus est *Franc. (f) Guillimannus*, & inter Chronica eminet *Joh. [g] Stumpffii*, opus insigne & eruditum; ac insuper commendari merentur, *Christ. (h) Urstisii* Basileense, valde eximium, & *Mich. Stetleri* Helveticum, utrumque stylo Germanico admodum eleganti conscriptum. In Suevicis *Mart. (i) Crusii* Annales

sermone confectorum, a pluribus citatum primus evulgavit, doctissimasque animadversiones historicas adjecit *Celeb. Schilterus*, cujus de Auctore hoc præfatio legi meretur, ed. *Argent. a. 1698. 4.* Præterea *Jodoci Coccii* Soc. *Dagobertus Rex*, *Argent. Episcopatus fundator*, ed. *Molsheim. 1623. 4.* multa egregia ad historiam Alsatix penitus perspicendam suppeditare potest. Ad cuius non minus interiora ducunt, quæ de his commentari præclare occæperat *Obrechtus* in *Prodromo rerum Alsat.* jam supra nobis memorato. Pertinetque huc *Guillimanni de Episcopis Argent. liber Comment.* ed. *Friburg, 1608. 4.* & *Jac. Wilphelingi Catalogus Episc. Argent. cum Supplemento I. M. Moscheroschii* ed. *Argent. 1651. 4.* & 1660. recusus.

(f) In *Friburg. Acad. Hist. Prof. in de Rerum Helvet. sive Antiquitatum libri V.* ed. *Friburgi Aventicorum a. 1598. 4.*

(g) cujus spissum opus vernacula lingua, uti tum erat, non adeo quidem eleganti, sed majori arte, quam fere solent Germanica, a Viris nulla doctrina præditis plerumque scripta, compositum prodiit *Tiguri a. 1548. fol.* postea, ni fallor, recusum.

(h) Sive *Wurstissen* / Prof. Math. *Basil.* qui *Chron.* suum *Basileense* usque ad a. 1583. deductum publicavit *Basil. 1583. fol.* *Mich. vero Stetleri Helveticum* prodiit *Berne. 1624. fol.* Consuli etiam de *Historiis Helvet.* meretur *Cl. Hottingerus* in *Methodo legendi historias Helvet.* quæ habetur inter, *Dissertat.* ejusdem *Miscellaneas*, editas *Tiguri 1651. 4.* quinto loco.

(i) *Gr. & lat. linguæ Prof. Tubing.* qui ob. a. 1607. & cujus *Annales*

les laudandi veniunt, quanquam iudicium accuratius in-
 plerisque requiras, neque nugarum ac rerum levium
 commemoratione vacui reperiantur. Bavarica historia plu-
 ribus nobilissimis memorata est ingeniis, in quibus, ne de
Aventino iterum dicam, *Marcus* [k] *Velferus* præclarum &
 elegantissimum condidit opus; cuius deinde vestigiis in-
 stiterunt egregii ambo scriptores, *Andreas* (l) *Brunne-
 rus* & *Joh.* [m] *Adlzreiterus*; hosque præcipue duces
 secutus *Simon* (n) *Rettenpacherus*. Inter Austriacæ historiæ

K 3

Annales Suevici ab O. C. ad sua tempora perducti, & quibus
 meliorem defectus majus pretium facit, prodierunt *Francosf.* 1775.
 II. voll. fol. hucque pertinent *Rerum Suev. scriptoris Goldasti* supra
 memorati; neque laude sua caret *Marr. Zelleri Chron. parvum
 Svevia vernaculum* usque ad a. 1653. ed. *Ulma.* 1653. 4.

(k) *Patricius Aug. & Reipl. Duumvir*, den. a. 1614. in *Rerum
 Boicarum libri V.* a Gentis origine usque ad Car. M. xvum de-
 ductis, & *Aug. Vind.* 1602. 4. editis, ac nuper cum *Rer. August.
 Vind.* libris, *Origines August. & historiam* ad a. 552. complexis,
 in *Opera Hist. & Philol.* ejusdem per Cl. *Christ. Arnoldum Norimb.*
 1682. fol. edita, relatis.

(l) *Soc. I.* qui ob. a. 1650. in *Annal. virtutis & fortune Boja-
 rum III. partibus*, quarum I. ad A. C. 888. II. ad a. 1070. III. us-
 que ad Lud. Imp. initia seu a. 1314. pertingit, *Monachii* 1626. 29.
 & 35. 8. impresfis. Idemque suo nomine *ibid.* a. 1637. publica-
 vit *Excubias tutelares Principis Ferd. Mariae &c.* cuius appo-
 fitas; quo opere Germanice exhibetur *Breviarium vite 16. Du-
 cum Bav.* cum iconibus, verus autem auctor aliquibus creditur
Peirus Warsiu.

(m) *Cancell. Bav.* qui in *Annal. Boica gentis*, vasto & insigni
 opere, universam gentis historiam a prima origine, usque
 ad Max. El. excessum s. a. 1650. complexus est, ed. *Monach.*
 1662. fol.

(n) *Monachus Ord. Bened.* in *Historia Norica cum Annalibus
 Monast.*

præcipua monumenta sunt *Joh. Cuspiniani* (o) Austria, luculentæ eruditionis opus, ac præter *Gerhardum de Rgo* jam supra nobis dictum, & *Pontum* (p) *Heuterum*, in Austriacis non mediocriter versatum, *Franc.* (q) *Guillimanni*, præstantissimi scriptoris Habsburgiaca. Carniolæ Ducatus res post *Joh. Lud.* [r] *Schanlebius* summa industria amplo opere consignavit. *Joh. Weichard.* [s] *Valvasor*; Carinthiacis autem maxime

infer-
Monast. Gremifamensis in Austria sup. eleganter compositis, & *Sa-
 lub.* 1677. fol. editis. Commendari etiam ad Bav. historiam vicinamque meretur *Wigul. Hundii* supremi Bojorum Senatus Monachii Præf. *Metropol. Salisburg.* opus insigne, ac multæ industriæ & eruditionis, ed. *Ingolst.* 1582. fol. & iterum cura *Christ. Gewoldi* Conf. Bav. qui diplomata, continuationem & notas adjecit, *Monachii a. 1620. II. Tom.* fol. Extat quoque ejusdem *Hundii* *Bayrisch. Stammbuch* de Principibus & nobilibus Bav. ed. *Ingolst.* 1598. II. tom. f.

(o) Una cum descriptione regionis Austria, Marchionum, Ducum, *Arbid. historiam* a Leopoldo March. five a. 933. usque ad Ferd. I. complectens, ed. *Francof.* 1601. fol.

(p) *Delfii*, & Præpositi *Arnhem.* qui ob. 1602. & *Rerum Austriacarum L. XV.* five a Principp. Austr. in Belgio ab a. 1478. ad 1598. gestorum, cum libello singulari de vetustate & nobil. familia *Habsburg.* atque *Austr.* publicavit, *Operibus* ejusdem *hisor.* *Loven.* 1643. fol. editis, insertos,

[q] cujus *Habsburg.* five de antiqua & vera origine domus *Austr.* prodierunt *Mediol.* a. 1605. 4. & *Ratisb.* a. 1696. 4. sunt recusa.

(r) *Theol.* & *Protonot.* *Apost.* in *Carnola ant. & nova* five *Annalium Duc. Carn.* T. I. ed. *Labaci* 1681. fol. neque ulterius quam ad *Otonis* usque III. Imp. ætatem pertingente, Auctore quo minus alterum adderet, morte prævento.

(s) *Baro*, ditionis *Carniol.* *Capitaneus*, & *Soc. Reg. Anglicanæ* socius, qui integram Ducatus ejus historiam tam natur. quam civilem tit. *Glorie Duc. Carniola.* stylo Germanico, lima *Erasmi Francisci* antequam ederetur opus expolito, consignavit, ed. *Labaci* 1689. IV. tom. fol.

inserviunt Annales *Hier. (t) Megiseri*. Bohemicam historiam percoluerunt *Joh. (u) Dubravius & An. Sylvius*; sed omnium industriam nostra ætate facile superavit *Bobusl. (w) Balbinus*.

(t) Prof. & Histor. Sax. cujus *Annales Car.* ed. Lips. 1608. 8. & exstat præterea modo dicti *Vavofforis Topogr. Archi-Duc. Carinthie vernacula*, ed. Norimb. 1688. fol.

(u) Episcopus Olomuc. legationibus Imperatoris clarissimus, idemque elegans & rerum domesticarum peritus scriptor, in *Historia Boh.* ad Ferd. usque Imp. deducta, quam separatim antea excusam *Rerum Boh. antiquis script.* ed. Hanov. a. 1602. fol. adjunxit *Freb. III.* Imp. producta. *Cosma* tamen *Prag. Chron. Boh.* quod ibidem habetur usque ad a. 1686. integrum postea usque ad a. 1126. dedit idem *Freb. Hanov. 1607. fol.* Admodum etiam infigne est *VVenc. Hagedis Canon. Prag.* quem non incommode cum *B. Albino* in *Vita Arnesti*, *Historia Boh.* patrem appellare licet, *Chron. Boh.* ex Bohemica lingua; qua a. 1541. prodit, in German. translata, *Prageque 1596. fol.* editum, & nuper ni fallor, *Norimb. 1697.* recusum; nec spernenda *Historia Boh.* per *Mart. Boregk*, *Wratisl.* ed. *VViteb. 1587. fol.* & *Procopii Lupacii Ephemeres Boh.* liber *Balbin* iudicio accuratissimus, ed. *Praga 1584. 8. Respubl. etiam Boh.* aut *Paulo Stransky*, quem diligentissimum *Idem* scriptorem appellat, ed. *Lugd. Bat. 1643. 24.* Et præclarum præterea Opus *M. Goldasti*, & inter præcipua Auctoris, qui diplomata Regni Boh. diligenti manu versavit, de *Jur. & Privileg. Regni Boh.* ed. *Franc. 1627. 4.* Bellum denique *Hussiticum*, quod Bohemiam non parum afflixit, Germanice descriptum debemus *Zach. Theobaldo, Schlaccowald Boh.* qui etiam laborem illum ad *Sleidani* usque tempora continuavit, ed. *Norimb. 1621. 4.* eundemque præstare arbitramur *Joh. Cochleo*, Canon. *Wratisl.* licet *Historiam* ejusdem *Hussitarum* summa fide conscriptam asserat *Balbinus*.

(w) Soc. J. a 1689. den. qui vastis operibus, veluti *Epitome Rev. Bohem.* ed. *Praga 1677. fol.* & *Miscellaneous hist. Regni Boh.* ab a. 1679. pluribus voll. in fol. *ibid.* divulgatis, universas Gentis antiquitates

Balhinus. Silesiaca plurimum debet (x) *Joach. Curæo*, *Jac. Schickfusio*, *Nic. Henelio*, & novissime *Friderico Lucae*; sicut Prusica post alios *Christoph. (y) Hartknochio*.

SED

tates & historiam singulari cura recensuit & pertractata. Idemque jam antea *Vitam Arnesti*, l. Archi. Ep. Prag. cum doctisimis notis, eorum temporum Regnique Boh. historiam illustrantibus, *Praga 1664. 4.* evulgaverat, cui etiam brevis Scriptorum Boh. Catalogus præmissus reperitur.

(x) Medico, a. 1773. den. quique haud vulgarem diligentiam, & eruditionem in *Annalibus Silesie* condendis ostendit, quos usque ad a. 1619. in *Chron. Siles. IV. L.* edito *Jena 1625. fol.* auxit & continuavit *Schickfusius* Conf. Lignic. & postea Fiscal. Cæf. cuius utriusque opus rarius reperitur. *Nic. vero Henelius*, Principatus Munsterb. Pro-Cancellarius & Synd. Breslav. Vir eruditus & limati iudicii, *Silesiographia sua, Francof. 1673. 4. & Breslographia, eod. anno 8.* in lucem emisit, de iisdem præclare meritus est. Post quos haud pridem *Frid. Lucae* olim Ducum Lignic. nunc Hasso-Cassel. Concion. Aul. *Chron. Silesie Sup. & Infer.* vernaculum spisso satis volumine condidit, in quo non pauca, quæ illorum industria suæ reliqua fecerat, annotavit, & novissima etiam exsecutus est; ed. *Francof. ad M. 1689. 4.* Legi etiam possunt, quas de quibusdam ineditis *hist. Silesiaca scriptoribus a. 1693. seq.* publicavit *Epistolas historicas Godesfred. Rhonius, Uratislavientis.*

(y) *Gymn. Thorun. Prof. qui*, postquam *Petri Düsburgii* scriptoris antiquissimi *Chron. Prusie*, (inter quæ alias præcipua sunt *Casp. Schütz* *Islebia Mansfeld.* & *Secret. Dant. Chr. Prusie* usque ad a. 1525. ed. *Serveste 1592.* & iterum *Lips. 1599.* cui *Continuatio usque ad d. a.* per *Dav. Chytraum* confecta, accessit; & *Casp. Hennebergeri* *Past. Regiom.* libellus de *Veteri Prusia a. 1584. 4. & Comment. ad Tabulam Pruss. Geogr. ed. Regiom. 1595. f.*) ejusque *Continuationem* cum notis suis & doctisimis *Dissertat. de variis rebus Pruss. a. 1679. Franc. 4.* edidisset, subinde *Borussiam vet. & novam* lingua vernacula *ibid. a. 1684. fol.* emisit. Idemque de *Scriptor. hist. Pruss.* videri amplius potest in *dissert.* quæ inter memoratas numero est *prima*, & in *Præfat. Borussie suæ* præmissa, ubi adhuc in nonnullis est uberior.

SED in immensum procurreret, *Auditores*, Oratio, si singulis recensendis inhaerere vellem, & jam videor mihi diutius fere, quam fidem dederam, vestra moratus esse tempora. Quod igitur superest, coram Tua Majestate, summe & aeternae DEUS, a quo omnis in hominum mentes illabitur sapientia, supplex procumbo. Infinita sunt, quae a providentiae & bonitatis Tuae fonte inexhausto a prima aetate in me derivata agnosco munera; A Te profluxit si quid in me conspicio corporis animique dotium; Tuum est, quod a teneris annis in optimarum artium & doctrinae studia natura quadam propensione me trahi senserim; quod Optimi Patris, quae paucorum est felicitas, ductu imprimis & consilio ad aliquam eruditionis maturitatem eniti mihi licuerit; quod in exteris Academiis & regionibus quo ad uberiores capiendum ingenii morumque cultum contenderam, servatus incolomis, ad hanc denique, cui tunc admoveor, provinciam, alia animo agitans, mirabili providentiae Tuae ductu me destinatum videam. Age porro benignissime Pater, & quod Tuis auspiciis nunc publice arduum aggredior munus, ejus oneri digne sustinendo pares semper largire ingenii atque corporis vires, eosque laborum meorum initiis propitia benignitatis Tuae aura adspira successus, ut iisdem divini nominis Tui gloria ac Juliae nostrae salus & novetur & augeatur.

Sanctissimo immortalis Dei cultu defunctus, Vestro Celsissimo fastigio, *Serenissimi ac Potentissimi Principes*, DN. RUDOLPHE AUGUSTE & DN. ANTONI

L

TONI ULRICE, *Julia* suæ *Directores* hodie *Magnificentissimi, Domini mei Clementissimi*, me venerabundus ad-
volvo. Nolo jam prædicare singularem illam ultra se-
culum, nec ullo tempore immutatam totius Guelphicæ
Domus erga Majores meos clementiam, illud saltem hu-
millimo devotæ mentis cultu venerari mihi liceat, quod
tam benignissime a beati Parentis excussu de me & stu-
diis meis sentire, utque nobilissima hæc Historiarum
Professio in qua Parens & Proavus Serenissimis Majori-
bus vestris industriam suam approbarunt, in me derive-
tur, optare Vos clementissime declarastis. Vidit omnis
ætas & futura mirabitur divinam illam Guelphicæ Gentis
indolem, qua inter ingentes de Patriæ & Germanici Im-
perii, imo totius Europæ salute, cogitationes & curas,
nunquam generosissimam illam animi erga optimarum
artium cultores propensionem deponitis, nec magis glo-
riosum arbitramini armorum gloria & heroicis actibus
Asiaticum æque ac Europæum implere orbem, quam
ut suis literis constet honos & decus excelso loco provi-
dere. Servet porro benignissimum Numen totam **SE-
RENISSIMAM AC POTENTISSIMAM DOMVM
BRVNSVICO-LVNEBVRGICAM**, qua salva ac florente
propitia terris ac Julia nostra credimus Numina; indul-
geat illi cum nova renascentis Seculi luce majora quo-
tidie Augusta fortunæ incrementa, ac utramque hanc
militarem æque ac literariam gloriam in Celsissimis hæ-
redibus ac feris nepotibus ad ipsum deficientis mundi
terminum producat æternæque.

Vobis hinc, *Amplissimi Senatus Academici Patres Ce-
leberrimi*, gratum declarare animum fas piumque maxi-
me

me arbitror, quod favori & benevolentia in me vestra, cujus indubitata toties indicia deprehendi, ingentem plenissimo hoc consensu vestro cumulum addere volueritis. Sunt in vobis, quos, uti olim in omni doctrinae genere excellentes ac fidelissimos Praeceptores, gratus discipulus & colui & colam, ita in societatem vestram & honestissimorum laborum consortium vocatus, universis obfervantissimum, quem debeo, animum & non fucatum amorem publice spondeo.

Reliquum est, ut Vos alloquar, *virtutum & literarum cultu ornatisimi juvenes*, ultimo quidem loco sed plenissimo affectu, vestris commodis & studiis promovendis, quicquid in me est vel ingenii vel doctrinae, unice consecraturus. Non dubito sane, nec enim aliter frequens hic vester confusus me augurari sinit, quin omnem animi contentionem & industriam ad haec historiarum studia sitis allaturi, quae, quo magis eleganti, magis erecto & in vitae usus nato ingenio quisque est praeditus, eo tenerius amare, quo tardiore autem & minus capaci, aut Scholae umbraculis assueto, eo minus appetere vel fastidio prosequi consuevit. Erunt illa, si recte utamini, in quacunque demum vitae conditione vos fortuna collocaverit, illustre omnibus ornamentum; erunt singulis actionibus vestris & in omni vitae fortunaeque habitu certissimum praesidium, ac maximum rerum gerendarum instrumentum. Nec vos deterreat disciplinae vastissima adeo amplitudine sese diffundentis difficultas, parum id est, si cum infinita illa & incredibili animi voluptate & amplissimo fructu, quem eadem in vicem largitur,

* (34) *
gitur, conferatis. Habebitis me ad omnia vel duces
vel comitem asiduum, nec tam præceptorem quam co-
militonem ac æmulum; nullo vobis loco, nullo tempo-
te deero, excitate & acuite modo vestro ardore & dili-
gentia meam industriam, sicque me effecturum confido,
ut nec Serenissimos Principes meos clementissimi
sui consilii, nec me humillimi pœniteat
obsequii.

D I X I






A55226

X 2437848

D

R

R



HERMANNI DIETERICI
MEIBOMII
ORATIO
DE
GENUINIS
HISTORIÆ GER-
MANICÆ FONTIBUS,

D. 8. April. A. MDCCI.

Cum

Professionem Historiarum

in

ACADEMIA JULIA

auspicaretur,

in JULEO habita.



HELMESTADII, An. M DCC I.